TRACTATVS

DE POTESTATE PROcuratoris, & defensoris in causis criminalibus : ad interpretationem §. ad crimen. l. pe. de publi. iudic. Et §. publicè. l. Seruum quoq;. de Procurat.

AVTORE Ioanne Antonio Rubeo Patritio Alexandrino : Paduæ Iuris Cæsarei in prima sede interprete.



LVGDVNI
Apud Gulielmum Rouillium.
M. D. LII.

MAGNIFICIS, ET

ILLVSTRIBVS VIRIS DOminis Sebastiano Fuscareno, Nicolao Theupolo, & Marco Antonio Venerio, Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus s. D.

ET si non eram nescius, cùm hæc scriberem, magnifici, atq; amplissimi Senatores, fore aliquos, qui hanc meam Inquisitorum, Accusatorumq; defensionē reprehenderent (vt enim omittam, & carpendi studium, quo plurimi delectantur, communi harum personarum odio laudem etiam apud omnes se inuenturos sperabunt) non sum tamen à proposito meo deterritus. Nam hos dum defendo, non solùm legum, sed etiam totius Reipublicæ rationes, quæ sine his stare non potest, defendo. Quod in primis munus veri Iuriscōsulti esse arbitramur. Qua quidem etiam causa adducti sumus, vt hunc tractatum vobis dicaremus: quorum virtus in Veneta Republica & spectata multos annos fuit, & hoc tempore mirum in modum elucet. Erit igitur hæc dedicatio, & constantissimæ meæ erga vos voluntatis, & summæ obseruantiæ, ac fidei præcipuæ testimonium.

MAXIMO IVRECONSVLTO IOANNI Antonio Rubeo Alexandrino, Petrus Royzius à Mauris Hispanus.

Adde album rebus, res mox albescere, cernes,
Hoc certa fieri quis ratione neget?
Inter Doctores Rubeum hæc ut protulit ætas,
Doctores omnes hac ratione rubent.

INDEX EORVM, QVAE IN HOC SVBTILI TRACTATV TRADVNTVR.

 ratOr

rator constitui non potest.

14 Publicum iudicium potest tripliciter sumi, strictè, largè, & largißimè.

15 Vbi est certa & determinata pœna, habet locum pœna talionis.

16 Ille qui desistit ab accusando & persequendo crimen publicum, incidit in Turpillianum.

17 Turpillianum habet locum in crimine publico.

18 Publica iudicia etiam sunt illa, in quibus quis punitur extra ordinem.

19 Iste tex. loquitur de publico iudicio, tamen secundum communem opinionem, habet etiam locũ in priuato.

20 Delictorum priuatorum, quædã sunt nominata, quædam uerò innominata.

21 Intellectus l. si quis ex domo. ff. ui bonorum raptorum.

22 De nominatis delictis, loquitur titulus de priuatis delictis.

23 De innominatis delictis, loquitur titulus de extraor. crimin.

24 In delictis, in quibus non est pœna determinata, non habet locum pœna talionis: sed accusans punitur extra ordinem.

25 In priuatis delictis, non habet locum pœna Turpilliani.

26 In criminalibus, alius pro alio non potest appellare.

27 Appellatione criminis, tam priuatum, quàm publicum, & tam leuè, quàm grauè continetur.

28 Appellatione causæ capitalis strictißimè, uenit pœna sanguinis: strictè uerò, pœna damnationis in metallum.

metallum.

29 *Relegatio, largè pœna capitalis dicitur.*

30 *In casu l. seruum quoq;. §. publicè. de procur. traditur pro regula, quòd in causis capitalibus defensio datur.*

31 *Vbi absens potest condemnari in criminalibus, ibi admittitur procurator.*

32 *Tex. noster restringitur secundum Angelũ & Imolam, in sententia annotationis bonorum.*

33 *Intellectus l. ij. C. de procur.*

34 *An in crimine priuato, habeat locum pœna talionis?*

35 *Per locum à ciuili, ad criminale arguitur.*

36 *In ciuilibus admittitur procurator, etiam quòd agatur ciuiliter pro crimine.*

37 *Causa famæ, & causa uitæ æquiparantur.*

38 *Quis potest appellare inuito reo.*

39 *Quis absentem potest defendere. l. si non defendatur. de pœnis. & l. ij. de custod. reorum.*

40 *Quis potest sine metu pœnæ talionis, tam in crimine publico, quàm in capitali, transigere.*

41 *Dilationes quæ dantur reo per auc. offeratur. non dantur in criminalibus.*

42 *Vbi quis uulneratur à pluribus, si moriatur, an omnes puniantur ciuiliter pœna legis Aquiliæ, & quomodo criminaliter.*

43 *Intellectus ad l. iusta. ff. de manumissis uindi.*

44 *Intellectus ad l. non tantum. de appellationibus.*

45 *Hic ponuntur omnes rationes, quare accusator non possit constituere procuratorem.*

46 *In actione populari ex parte rei, potest admitti procurator.*

stitui non potest.

66 *Noua ratio subtilissimi Alexandri.cæteris alijs solidior, & melior.*

67 *Reus in criminalibus suis defensionibus, renunciare non potest.*

68 *Lex in criminalibus, magis considerat præiudicium ipsarum partium, quàm reipublicæ.*

69 *Iura quæ prohibent procuratorem constitui, ferè omnia loquuntur in criminibus publicis.*

70 *Noua opinio Ang. quòd in crimine publico, siue imponatur pœna corporalis, siue pecuniaria, constitui non possit procurator.*

71 *Crimina publica, habent nescio quid specialitatis.*

72 *Intellectus l.j.C.ut tam ciuiles, quàm crimin. causæ.*

73 *Intellectus l.j. an per alium causæ appella.*

74 *Noua & subtilis distinctio ad saluandam opinionem Angeli.*

75 *Intellectus ad l. & tunc conuenit. C. de accu.*

76 *§. ad crimen. de publi. iudic. nedum in crimine publico: sed etiam in priuato locum sibi uendicat.*

77 *Crimen suspecti tutoris, est quasi publicum.*

78 *Vbi agitur de puniendo tutorem suspectum, non admittitur procurator.*

79 *Vbi agitur de remouendo principaliter tutorem uti suspectũ, non prohibetur cõstitutio procuratoris.*

80 *An ubi proceditur per uiam inquisitionis, debeat admitti procurator.*

81 *Vbi opponitur de crimine per uiam exceptionis ad finem puniendi, non potest procurator constitui.*

82 *Etiam ad offerendum libellum in crimine publico, procurator constitui non potest.*

83 Etiam ad media causæ, procurator constitui non potest.

84 A' quo remouetur genus, remouetur etiam quælibet eius species.

85 Ad respondendum positionibus, in criminibus procurator constitui non potest.

86 Vbi quis accusatur de uulnere, & dubitatur an uulnus sit mortale, etiam nō admittitur procurator.

87 Singularis declaratio, an ubi processum est per procuratorem super uulnere, si mors sequatur, sit uel non sit necessarius nouus processus.

88 Vbi imponuntur duæ pœnæ alternatiuæ, altera corporalis, & altera pecuniaria, an poßit interuenire procurator?

89 Vbi lex dicit, puniatur tali pœna, uel alia: procurator constitui non potest.

90 Vbi agitur principaliter ad infamandum, procurator constitui non potest.

91 Procurator alieno nomine condemnatus, non efficitur infamis.

92 Vbi imponitur pœna perpetui carceris, an poßit in ea causa constitui procurator?

93 Pœna perpetui carceris, æquiparatur damnationi in opus publicum.

94 Vbi pro delicto copulatiuè pœna pecuniaria & corporalis imponitur, ibi procurator constitui non potest.

95 Vbi concurrunt duæ causæ, una quæ nocet, & altera quæ prodest: si illa quæ prodest, nos ad ius commune reducat, spectanda est.

96 Vbi stat statutum quòd quis impunè offendi poßit,

in ea

in ea causa procuratoris constitutio prohibita censetur.

97 Vbi imponitur pœna arbitrio potestatis, ut est Papiæ, ibi procurator admitti non potest.

98 Si ut pro eo qui aufugit a carcere eidem indicto, in perpetuum procurator constitui non potest: ita nec ad accusandum testes de falso, qui contra incarceratum deposuerunt.

99 Filij, nec uxor, in causa criminali procuratores constitui possunt.

100 Vbi ex statuto contra absentem procedi potest, an ibi procurator dari possit?

101 Accusatus, uel inquisitus, etiam ad confitendum delictum, procuratorem constituere non potest.

102 An princeps rescribere possit, ut in causa criminali admittatur procurator?

103 Quod non admittatur procurator, est introductum ob grauitatem causæ.

104 An ad petendam restitutionem in integrum aduersus sententiam latam in causa criminali admittatur procurator?

105 An ubi pœna ipso iure imponitur, possit dari procurator?

106 An ubi reus accusatus, uel inquisitus, est in iudicio præsens, possit dari procurator?

107 An oblato libello per accusatorem, possit constitui procurator quo ad alios actus?

108 Intellectus l. fin. C. de iniu.

109 An pro carcerato, possit constitui procurator?

110 Incarceratus seruus, non solùm à domino, sed ab omnibus defendi potest.

dicium

Hic

Hic

beat locum in episcopo.

218 Nouus intellectus ad cap.fin ij.q.v.

219 Vbi agitur de fauore episcopi, exequatur illustribus.

220 Vbi uenit imponenda pœna, quæ est minor relegatione, ut est quando agitur de pœna remotionis ab ordine, uel alia simili, potest constitui procur.

221 Pœna depositionis ab ordine, potest cadere in absentem.

222 Ex grauissimis tantum criminibus, quis ab ordine deponitur.

223 Vbi agitur de depositione ab ordine a... cuius corporis, ibi de iure ciuili nō agitur de tam graui pœna.

224 Quatuor præcipuè dicuntur ordines sacri: sanctitate, castitate, & continentia.

225 Vbi quis prohibetur publicis honoribus, magis eius fama læditur.

226 Intellectus l.iusta.ff.de man.uindic.

227 Priuatio omnium bonorum, causæ criminali parificari uidetur.

228 In qualibet lege, præsumitur quòd termini sint habiles.

229 Iureconsultus aliquando parificat pœnas respicientes æstimationem hominis, pœnis fustium.

230 Intellectus l.cognitionum.§.minuitur.ff.de uar. & extraor.cog.

231 Pulchra distinctio Excellentissimi Præceptoris mei: an ubi agitur de remotione ab ordine, tam de iure ciuili, quàm canonico, possit interuenire procurator?

232 An causa separationis thori, per procuratorem agitari possit?

Intellectus

mandato: sed solùm ubi est dubium de mandato.

252 Hic declaratur, quando dicatur dubium de mandato.

253 Intellectus ad c.coram.de offic.deleg.

254 Communis opinio est, quòd habens instrumenta facientia ad causam principalē, admittitur ad agendum cum cautione rati.

255 Vbi probatur instrumenta fuisse alicui tradita à domino, tunc admittitur quispiam secundum nouam opinionem authoris.

256 Resolutio subtilißimi contrarij l.iij.C.de accusa.

257 Intellectus ad l.reos.C.de accu.

258 Alius intellectus ad d.l.reos.C.de accu.

259 Intellectus ad tex.in extrauag.ad repri.in uerbo, personaliter, uel legitime.

260 Vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter determinat ubi potest.

261 In casibus, in quibus absens potest damnari, non admittitur procurator ut procurator: sed ut instructor, seu informator.

262 Factum procuratoris, solet obesse domino.

263 In matrimonio contrahendo, requiritur specialißimum mandatum.

264 In præstatione iuramenti de calumnia, idem mandatum requiritur.

265 Vtilius est absenti accusato, quòd quis potius compareat defensorio nomine, quàm procuratorio.

266 Tutor accusat nomine pupilli, & tamen non obligat eum ad pœnam talionis

267 An ad testes producendos, uel repellendos, admittatur procurator.

An ad

286 Intellectus l.licet.ff.de procur.
287 An ubi pro delicto publico imponitur pœna pecuniaria, desinat esse delictum publicum?
288 Pulchra distinctio, an ubi imponitur pœna pecuniaria, ut suprà, desinat esse delictum publicum?
289 Stante statuto, quòd si quis non soluerit pœnam pecuniariam, afficiatur pœna capitis, an isto casu poßit interuenire procurator?
290 In casu prædicti statuti, considerat autor, quàm plures egregios casus.
291 Vbi statutum dicit, si quis commiserit falsum, puniatur tali pœna, quam si non soluerit intra decem dies, puniatur in quarto pluri, uide infra.
292 Intellectus l.j.de in litem iurando.
293 Singularis distinctio, an ubi à statuto alternatiuæ imponitur pœna, poßit admitti procurator?
294 Vbi statutum dicit, quòd si quis fecerit furtum, puniatur pœna dupli, & fustigetur, an poßit interuenire procurator?
295 Declaratio ad regulam, quòd ubi concurrunt duæ causæ, una quæ nocet, & altera quæ prodest: spectatur illa quæ nocet.
296 Ad allegandum causas absentiæ, admittitur quilibet, & sine mandato, & sine satisdatione rati.
297 Allegans causas absentiæ, non tenetur cauere de iudicatum soluendo: quia condemnari non potest, nec contra eum fieri executio.
298 Vbi statutum dicit, quòd nulla defensio recipiatur, an admittatur allegans necessarias causas absentiæ?
299 An defensio poßit tolli per principem?

Ad

300 Ad allegandum excusationes probabiles, quòd reus non potest comparere: quia in loco habet inimicos, non admittitur quis sine mandato.

301 Vbi quis citatur ad locum pestiferum, non tenetur comparere: & ob hoc excusatus fuit Gre.xij. qui euocatus ad concilium pisanum, non accesit.

302 Locus ad quem quis citatur, debet esse securus, non solùm pro reo, sed pro testibus, aduocatis, & alijs personis.

303 Reus citatus, non excusatur à contumacia propter hostillitatem quæ fit in territorio, unde habet transire, si transeuntes per illud territorium sunt soliti obtinere saluum conductum.

304 Impedimentum quòd de facili remouetur, non est iustum impedimentum.

305 Si accusatus, uel inquisitus citatus ad locum non tutum non compareret, etiam cum saluo conducto: excusaretur si eum concedens esset tyrannus.

306 An adducens causam, quòd non sit tutus accessus, uel quòd itinera non sunt tuta, admittatur sine mandato?

307 Non est præsumendum, quòd citatus ad locum non tutum, ubi habet inimicos capitales, uelit se committere capitalibus inimicis, etiam si habet literas saluiconductus.

308 Contumacia sonat in delictum.

309 Nullus est ita insipidus, qui non cupiat cruciatū corporis, uel mortis periculum declinare.

310 An quis sine mandato opponere posit exceptiones dilatorias?

311 Interest actoris, ne iudicium reddatur elusorium.

312 De natura aduersatiuæ est, aduersari eis quæ sunt eiusdem generis.

313 Intellectus l.fi.de requir.reis.

314 Non est inconueniens, quòd procurator qui non habet mandatum, appelletur defensor.

315 Intellectus §.publicè.l.seruum quoq;.de procuratoribus.

316 In causa capitali, à communiter adcidentibus agi potest de grauiori præiudicio.

317 Quando absens condemnari non potest, eius bona confiscantur.

318 Ad proponendas exceptiones merè dilatorias admittitur excusator cum mandato.

319 An si iudex non admittat comparentem nomine absentis, qui dicit quòd inquisitus est in partibus longinquis, uel quòd est infirmus, & se offerat hoc probaturum, & modo constat, & modo agatur, & iudex non recipiat has probationes: processus sit nullus.

320 Pulchra cautela excusandi homicidam absentem, ut contra eum procedi non poßit.

321 Exceptiones quæ licet opponantur ad processum, tangunt tamen crimen, non poßunt opponi per procuratorem.

322 In omni dispositione, debet spectari id, quod principaliter agitur.

323 Vbi quis principaliter de delicto inquiritur, ibi principaliter tractatur criminale, & capitale iudicium.

324 Cùm agitur ciuiliter ad remouendum tutorem in consequentiam, tutor criminaliter puniri potest.

325 Ratio finalis, quare in criminalibus non admittatur procurator.

326 Appellatione defensionis, uenit exceptio declinatoria.

327 Ad opponendum exceptionem notoriam, admittitur procurator.

328 Cum quis non potest legitimare personam suam, in proponendis exceptionibus peremptorijs, non est admittendus ut procurator.

329 Vbi exceptio demonstrat accusatorem non potiri iure accusandi, uel agendi: tunc iudex defectum partis supplere potest.

330 In notorijs ordo est, ordinem non seruare.

331 Delictum quomodocunq;, & qualitercunq; notorium, non potest puniri per iudicem incompetentem.

332 Exceptio incompetentiæ iudicis, nunquam censetur exclusa.

333 Vbi exceptio opponitur in uim peremptorij, nō admittitur procurator.

334 Siue dubietas sit in facto, siue in iure, non potest interuenire procurator.

335 Si aliquis cōpareat pro accusato, & proponat quod accusatus non interfecit illum, de quo accusatur, non debet admitti.

336 Ad opponendum quòd interfectus erat bannitus, nō admittitur procurator.

337 Exceptio banni, an sit declinatoria, an uerò peremptoria?

338 Statutum si dicat bannitus non audiatur, uel querela opposita pro bannito: talis exceptio habebit uim

declinatoriæ.

339 *Exceptio quæ respicit qualitatem personæ agentis, iudicanda est potius declinatoria, quàm peremptoria.*

340 *Si statutum dicat, quòd bannito denegetur audientia in criminalibus, an eidem tollatur ius agendi ipso iure?*

341 *An ista uerba, non audiatur, inducant declinatoriã, an uerò peremptoriam?*

342 *Intellectus clemen. constitutionem. de elect.*

343 *Quid si statuto caueatur, quòd accusatus, uel inquisitus, non poßit proponere aliquam exceptionem, uel defensionem nisi compareat personaliter.*

344 *An in examinatione exceptionis, quòd quis non fuit ritè cancellatus de banno, poßit interuenire procurator?*

345 *An ista examinatio fiat ad finem criminis excludendi?*

346 *An ubi exceptio uenit examinanda, seorsum à crimine poßit interuenire procurator?*

347 *Intellectus l. ij. C. ad l. falc. de plag.*

348 *In actione furti ciuiliter mota, potest interuenire procurator.*

349 *Vbi quis accusat aliquem de crimine plagij: & obijcitur exceptio quòd seruus in quem fuit commissum plagium erat ipsius surripientis, an poßit interuenire procurator?*

350 *Pulchra distinctio Alexandrini, an ubi exceptio uenit examinãda seorsum à crimine, procurator constitui poßit?*

351 *In causis criminalibus, ubi non potest interuenire procu*

procurator, an si non opponatur, ualeat processus?

352 *Persecutio, quid sit.*

353 *Dictio frustrà, significat actum ipso iure nullum.*

354 *An constitutioni procuratoris, lex resistere dicatur?*

355 *Iudex in causa criminali, procuratorem recipere non potest.*

356 *Sententia lata sine causæ cognitione, est ipso iure nulla.*

357 *Causa status, prohibetur agi per procuratorem.*

358 *Dictio pœnitus, importat actum esse nullum ipso iure.*

359 *Si ea quæ non possunt fieri per procuratorem fiant: & pars non opponat, actus ualet.*

360 *Dictio frustrà, non semper importat nullitatem ipso iure.*

361 *Lex abhorret, quòd iudex cognoscat de crimine publico in absentia accusatoris, uel accusati.*

362 *Si procurator interuenit ex parte accusatoris, & non fuit oppositum, an iudicium ualeat?*

363 *Lex uult examinari causam capitalem in præsentia accusatoris, & accusati.*

364 *An iudex poßit remittere accusatori pœnam calumniæ?*

365 *Intellectus l. quamuis. C. de adult.*

366 *Vtilitas publica, suadet calumniam, & maleficia puniri.*

367 *Licet nihil fuerit dictum in iudicio primo de calumnia, potest postea de illa quæri per uiam accusationis, uel inquisitionis.*

368 *Per fallaciam accusantibus non prodest, nec publica abolitio, nec priuata.*

369 *Intellectus l. fallaciter. & l. abolitio. C. de aboli.*

370 *Licet quis remittere possit iniuriam quo ad actionẽ ciuilem, non tamen potest pacisci de non accusando criminaliter.*

371 *Distinctio Dominorum de Rot. decis. ccl. est quòd ubi absolutoria uenit ferenda in fauorem absentis, si non fuit oppositum contra procuratorem, tenet processus.*

372 *Calumnia quæ tendit ad uindictam publicam, remitti minimè potest.*

373 *Vbi iudex in plenario iudicio dicit se summariæ cognouisse, sententia non tenet.*

374 *Distinctio domini Ant. de but. an ubi non opponitur contra procuratorem, teneat processus.*

375 *Solennitas cautionis rati, remitti non potest.*

376 *Ratio quare procurator ex parte rei non possit interuenire, illa est, quia non potest personam suam legitimare.*

377 *Melius est, quòd accusatus per aliquem defendatur, quàm per nullum.*

378 *Distinctio Ioan. de Imo. in illud articulum, an si oppositum non fuit contra procuratorem, processus sit nullus?*

379 *Vbi delictum est liquidatum, ferenda est sententia, nec est curandum quòd alius diligentius crimen illud persequutus fuisset.*

380 *Vndecunq; crimina clarescunt, punienda sunt.*

381 *Vbi sententia est lata pro uno in causa, in qua agens non petit sibi aliquid dari, uel fieri prodest omnibus.*

Tractatus

Tractatus de potestate

PROCVRATORIS ET Defensoris in causis criminalibus ad interpretationem §. ad crimen. l. pen. ff. de publi. iudi.

AVTORE Ioanne Antonio Rubeo Iureconsulto, & Patritio Alexandrino.

MATERIA *huiusce tractatus, ut* Bartol. *exorditur in hoc §. ad crimen. est profunda, & secundùm* Alber. *est solennis, & subtilis.* Quorũ *sententiæ adstipulari uidetur* Paulus *castrensis in l. seruum quoq;. §. publicè. ff.* de procurato. *qui hanc materiam nedum subtilem, & utilem, sed periculosam, & confusam dicit: nec ab horum patrum sententia discedit*
1 Ang. *in l. reos. C. de accusa.† quin & ipse subtilẽ, utilem, & altam fore attestatur.* Ego *tamen quanto clarius, & breuius potero in hisce caloribus enitar totis uiribus eam uobis explicare: nonnulla pro planiori intellectu præmittendo, deinde ordinatè ponam quamplures ampliationes, & limitationes ad huiuscemodi §. ultra eas, quas tradunt moderni in d. c. ueniens. de accusa. quas expost*
2 *succinctè,† tanto subtilius, quantum potero disputabo, ut &* Procuratoribus, *si potero, & causarum patronis emmentißimis satisfaciam.* Est *igitur primò præmit-*
3 *tendum illud uulgare,† quòd sine accusatore nemo damnandus*

nandus est,l.rescripto.§.si quis accusatorem.ff.de mune. & hon.quod non solùm procedit in publicis criminibus, sed etiam in priuatis delictis,l.fi.ubi pulchrè Alberi.ff.de in ius uocan.facit tex.in c.j.ut eccl.benefi.& tradit Bart. in extrauagan.ad reprimendum.in uerbo,per accusationem. & sicut † quilibet admittitur ad testificandum, 4
qui non reperitur prohibitus, l.j.de testi. ita admittitur
quilibet † ad accusandum,qui à lege non prohibetur,gl. 5
in rubri.C.qui accu.non possunt:cum similibus:de quibus per Hypp.in consil. lxxxiiij.col.j. non tamen ita passim, & ita facilè cuipiam accusare permittitur : quandoquidem oporteat quemlibet † accusatorem se ad pœnam ta- 6
lionis inscribere,lege duodecim tabularum hoc dictante. §.pœna.instit.de iniur.& l.si cui.ff. de accusa. & l.fin. C.eod.quod etiam à lege canonica permittitur, viij.q.iiij. cap.j.& c.quisquis.ij.q.ultima.imò † accusator, & ac- 7
cusatus debent detineri in pari custodia,d.l.fin.C.de accu. & l.iij.ad l.Iuliam maiesta.& tradit Bar.infrà in ij.col. Est uerum † quòd Guid.de Suza.in l.fin. de accu.dicit: 8
quòd sæpe uidit peti,q; accusator in carcerem detruderetur unà cum ipso accusato : tamen hoc nunquam de consuetudine seruatum fuit.& istud est etiam de mente Bar. & Albe.in d.l.fin.& subdit Albe. quòd de consuetudine amplius non fit † inscriptio,tamen hoc nedum à lege an- 9
tiqua,ac media iuris prudentia † & lege cæsarea statu- 10
tum est : sed etiam à lege pontificia:& hæc est potißima ratio, quòd ex parte accusatoris, ad crimen publicum persequendum,Procurator constitui non potest : & non ab re dicit Alberi.in l.in priuatis.ff.ad Turp. quòd † in 11
hisce casibus,in quibus non habet locum pœna talionis, non procederet §.noster.quod non puto uerum, & maximè,

12 *ximè, quia in casibus, † in quibus proceditur per uiā̄ inquisitionis, seu denuntiationis, de quibus per Bartol. in l. ij. §. si publico. ff. de adulte. & in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo, per inquisitionem. & in uerbo, per denuntiationem. non procederet huiuscemodi §. Et tamen ipsemet Alber. in d. l. seruum quoq; §. publicè. col. vj. uult*
13 *† quòd etiam ex parte inquirentis, seu denuntiantis procurator constitui non possit: cuius sententiæ adstipulatur uulgaris regula. § affinitatis. instit. de nupt. & l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hæredi. institu. Est uerum quòd Ioannes de Anania in suo consil. j. refragari uidetur opinioni Albe. in d. l. seruum. §. publicè. Crebrior tamen & solidior censetur sententia Alber. tum quia accusator, & accusatus non debent ad imparia iudicari: tum etiam quia ex parte denuntiati, & inquisiti procurator ad crimen publicum persequendum constitui non potest: ergo nec ex parte inquirentis seu denuntiantis per illud uulgare, non debet actori licere, quod reo non permittitur. Secundò*
14 *præmittendum est, † quòd publicum iudicium potest tripliciter sumi: scilicet strictè, largè, & largißimè, ut Bald. Angel. & Imola dicunt in l. j. suprà eodem. In hoc tamen tex. secundùm Ang. & Imolam, capitur strictè, & dicitur strictè publicum iudicium, ubi lege cautum est, quòd sit publicum, & in hoc publico intelligitur etiam l. infamem. eodem titu. & l. qui publico. ff. de accu. & in hoc publico*
15 *iudicio, † ubi est certa, & determinata pœna, habet locum pœna talionis, Vt tradit Alber. in l. priuatis. ff. ad*
16 *Turp. † & ille qui desistit ab accusando, & persequen-*
17 *do crimen publici iudicij, † incidit in Turpillianum: quod solùm uendicat sibi locum in crimine publico, l. j. C. ad*
18 *Turpil. & l. si quis repetentes. §. fi. ff. ad Turpil. † Sunt tamen*

tamen quædam publica iudicia, in quibus quis punitur extra ordinem, & pœna pecuniaria, ut in l.j. infrà ad l. Iuliam de anno. & l.j. ad l. Iuliam. de ambi. & in alijs casibus, de quibus per Alber. in d. l. in priuatis. & in quibus probabiliter posset dici, non habere locum huiusmodi §. sed infrà dicam. Tertiò *præmittendum est.* † *quòd licet tex. loquatur de publico iudicio, tamen secundùm communem opinionem, habet etiam locum in priuato, ubi imponitur pœna corporis afflictiua: & sciendum est,* † *quòd delictorum priuatorum, quædam sunt* 19 20
nominata, & quædam innominata. Nominata *enim sunt furtum, iniuria, & rapina:* † *ut in casu l. si quis ex domo. ff. ui bonorum raptorum.* Et *de his priuatis delictis* † *nominatis loquitur titulus de priuatis delictis.* † In*nominata autem sunt illa, de quibus in titul. de extraord. crimin.* † *& in his delictis in quibus pœna non est determinata à lege, non habet locum pœna talionis: sed accusans punitur extra ordinem: quia etiam in his priuatis delictis proceditur extra ordinem, l. fin. de priua. delic. & l. in priuatis. ff. ad Turp.* † Nec *habet locum pœna* Tur*pilliani, de qua in l. iij. §. fi. ff. de præuarica.* Q*uartò, & ultimò præmittendum est: quòd in hac materia, sunt plures tex. qui uidentur diuersimodè loqui, & primò text. in l.j. ff. an per alium cau. appella. qui loquitur in principio,* † *quòd in criminalibus causis, alius pro alio non potest appellare:* † *tamen appellatione criminis tam priuatum quàm publicum, & tam leue, quàm graue continetur, iuxta l. leuia. infrà de accusa.* Tamen *ille tex. in uerbo, sinautem, loquitur de causa capitali,* † *cuius appellatione strictißimè uenit pœna sanguinis, l. transigere.* C. *de transact.* Strictè *uerò pœna damnationis in metallum,* 21 22 23 24 25 26 27 28

&

& deportationis, l. exilium. ff. de interdic. & relega. Et
29 tamen est ualde dubium, an tex. noster habeat locum † in relegatione, quæ largè dicitur pœna capitalis, l. licet. ff.
30 de uerbo. signifi. † Item tex. in l. seruum quoq;. §. publicè. de procura. tradit pro regula, quòd in causis capitalibus, defensio datur. Ergo uidetur innuere, quòd possit admitti
31 procurator: imò tradit pro regula, † quòd ubi absens potest condemnari in criminalibus, ibi admittitur procurator. Et tamen in hoc tex. Iurisconsultus uidetur innuere, quòd possit ferri sententia in absentem: dum dicit, senten-
32 tiam differant: † & ideo iste tex. restringitur secundùm Angel. & Imol. hic in sententia annotationis bonorum. de qua uide practicam Bar. in l. j. ff. de requi. reis. Est &
33 alius † tex. in l. ij. C. de procu. qui uidetur innuere, quòd solùm in causis pecuniarijs possit constitui procurator: & tamen alia iura uolunt, quòd ubi agitur de pœna remotionis ab ordine alicuius dignitatis, quæ est minor pœna relegationis, iuxta l. j. ff. de iniu. uel de pœna interdictionis loc. uel patrocinij, iuxta l. mos. ff. de pœnis. quòd possit admitti procurator. Et propter ista iura, quæ uidentur adinuicem contraria, hæc materia difficilis reddi-
34 tur, quæ quidem infrà concordabo. † Aduerte tamen dum suprà dixi, quòd in delicto priuato, non habet locum pœna talionis: ut declarat Albe. in l. in priuatis, ff. ad Turpil. quia in contrarium uidetur casus in l. fin. de priua. delict. dum dicit, nec cogendus erit in crimine subscribere. Quē tex. ponderat ibi Albe. & in l. fin. C. de iniur. considera si dici potest, quòd ista iura loquātur de subscriptione partis, quæ profitetur se uelle perseuerare in accusatione: de qua per Bartol. in l. si cui. ff. de accu. Vel dic melius, quòd habet locum subscriptio: sed non quasi sit iudicium publicum,

blicum, ut dicit pulcher tex. in l. fin. ff. de furtis. Quia talis subscriptio fit ad pœnam extraordinariam imponendam arbitrio iudicis, ut traditur in c. super his. de accusa. & declarat Albe. in d. l. fin. Summa hunc text. & eum diuide, ut hic per Bart. cum quo transeunt Benedictus Plumbinius, & Imola hic. Alio tamen modo eum summat Angelus hic. & diuidit ut per eum: summarium placet, diuisio autem minimè. Nam dubium faciebat in hoc text. primò regula, quæ habet, † quòd per locum à ciuilibus 35
ad criminalia arguitur, l. absentem. ubi glos. Iacobus de Arena, Petrus, & cæteri ff. de pœnis: † sed in ciuilibus 36
admittitur procurator, & ante litem contestatam, & post: siue agatur ciuiliter ex contractu, uel quasi: siue agatur de crimine ciuiliter. De primo, est text. in l. j. §. usus. de procur. De secundo, est tex. in c. tuæ in fin. de procur. Secundò faciebat dubium in hoc text. nam causa famæ, & causa uitæ æquiparantur, l. iusta. de manu. uindi. & l. fin. ff. quod metus causa. † Sed in causa famæ inter- 37
uenit procurator, l. furti. §. qui alieno. ff. de infa. imò interest ipsius rei conuenti, quòd possit constitui procurator: quia quando procurator condemnatur, nec ipse, nec dominus infamatur. Tertiò faciebat dubium: nam ille qui prosequitur appellationem accusati, uel inquisiti condemnati, allegat causam causæ: † & tamen inuito reo 38
quis potest appellare, l. non tantùm. de appell. & l. adiectos. C. de appella. † Imò potest quis absentem defende- 39
re, l. si non defendatur. ff. de pœnis. & l. ij. infrà de custod. reo. Item, quis potest sine metu pœnæ talionis in crimine publico, & capitali pacisci, & transigere. l. fin. de præua. & l. j. de bonis eorum, qui ante senten. sibi mort. consci.
† Si ergo quis potest appellare inuito reo, & potest 40

transfigere sine metu calumniæ, siue sit accusator, siue reus: quare non debet posse constitui procurator? Primæ rationi dubitandi respondetur, quòd illa regula procedit, ubi est eadem ratio, & ubi contrarium expreßè non reperitur: & ideò dixit singulariter Romanus in singul.
41 suo.dclxxxviij. † quòd dilationes induciarum, quæ dantur reo per auc. offeratur. C. de litis contest. non dantur
42 in criminalibus: hinc est, † quòd si quis uulneretur à pluribus, & ab uno mortaliter, si moriatur, omnes puniuntur pœna l. Aquil. l. item Mela. ff. ad l. Aquil. Et tamen non puniuntur pœna homicidij secũdum Anch. in consil. cxvj. & Alexan. in consil. xvj. uolu. j. Secundæ rationi dubi-
43 tandi respondetur, † quòd l. iusta, loquitur quantum ad causam manumißionis: quia sicut iusta manumißionis est causa, ubi seruus dominum liberauit periculo uitæ, ita & periculo infamiæ: item illa regula procedit in bonis uiris, l. iste quod. ff. quod met. causa. Sed apparent rari nantes in gurgite uasto: non autem procedit in delinquentibus: iuxta illud, Oderunt peccare boni, uirtutis amore, oderunt peccare mali, formidine pœnæ: uel dic, quòd causa famæ, æquiparatur causæ criminali, ubi agitur ciuiliter: quia utroq; casu potest interuenire procurator: uel dic, quòd ibi infamia uenit in consequentiam, & isto casu admittitur procurator: secus si principaliter: glos. in l. non solùm. in §. fina. in glos. penulti. nam si admittatur procurator, ipse non infamatur, d. §. quòd alieno. nec etiã dominus. Tertiæ rationi dubitandi d. l. non solùm. uno modo respondet Alberi. in d. l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de procura. & dicit, quòd ille text. procedit ex quadam coniunctione, quæ est inter homines. Alio modo respondet Bart. in d. l. non tantùm. circa fin. quòd ille text. loquitur

quitur ubi reus est incarceratus: sed prima solutio Albe. non concludit: quia attenta illa coniunctione, deberet etiam posse constitui procurator: non facit etiam opin. Barto. quia text.in l.j.ff.an per alium cau. uult absolutè quòd in causa appellationis capitali, non admittatur procurator. Tu responde alio modo, † quòd text.in l.non tantùm. uidetur solùm loqui de actu appellationis, non autem de ipsius prosequutione: & hoc probatur in l. adiectos. C.de appel. & ratio potest esse: quia si liberetur tempus ad appellandum datum, inferretur praeiudicium ipsi reo irreparabile: quia deberet decapitari. facit text. in l si quis filio exhaeredato.§. hi qui. ff.de iniust.rupt. irri.test. Vltimae rationi dubitandi respondetur, quòd permittitur alicui, siue sit accusator, siue reus, redimere sanguinem suum per transactionem: non tamen licet constituere procuratorem: † & ideò uidenda est ratio, quare sit, quod accusator non poßit constituere procuratorē: ut sequamur ordinem Iurisconsulti hic: & Bartol. aßignat hic tres rationes, ut hic per eum. Tu aduerte circa primum, inquantum Bart. dicit, quòd si uera esset ratio. Butr. quòd quis posset constituere procuratorem uindicando suam, uel suorum iniuriam. arg. d.l.licet. quia potest replicari, quòd ille text. procedit, ubi quis agit actione populari, & principaliter: uel saltem aequè principaliter, quòd sequitur interesse priuatum, sicut publicum: Etsi dicatur prout dicit hic Imol. col.xv. quòd saltem lite contest. in actione populari, deberet admitti procurator. l. si cui.§.j. de uerb.signifi. & tamen text. noster dicit absolutè, quòd ad crimen publici iudicij persequendum, frustrà interuenit procurator: ergo & antè, & post lit. contest. replicari potest, quòd non est absurdum restringere text. in l.

44 (margin, beside "curator. Tu responde alio modo")

45 (margin, beside "tuere procuratorem")

si cui. ut non procedat, ubi agitur principaliter ad uindictam publicam, ex crimine publico. arg. glos. in l. crimine. in uerbo, quidam. C. qui accusa. non poss. attento maximè, quia in his criminibus publicis, reperiuntur multa specialia, ut suprà dixi. Et si iterum dicatur, aduerte quia text. noster procedit etiam in crimine priuato, dico quòd est ualde dubium, an iste text. locum habeat in crimine priuato: & infrà demonstrabo quòd solùm habeat locum in crimine publico, respondendo ad l. fin. C. de iniur. alio modo quàm faciant mod. in d. c. ueniens. de accusa. & quòd hæc ratio sit uera, innuit text. dum dicit, quòd frustrà interuenit procurator: qui innuit, quòd ex quo est crimen publici iudicij, ad eum persequendum non potest interuenire procurator: & ita intelligunt tex. hunc mod. Senenses, in d. c. ueniens. in v. col. uersi. circa primum. & in uer. sexta ratio: sed iste intellectus non est tutus, quia
46 text. posteà subdit, & multò magis ad defendendum: † & tamen in actione populari, ex parte rei potest admitti. l. qui populari actione. ff. de popu. actio. Secunda ratio est, ex parte accusatoris, quæ est uerior cæteris: quòd ideò non potest accusans constituere procuratorem, quia tenetur se subscribere ad pœnam talionis: quæ ratio probatur in c. tuæ. de procurato. & cum hodie ista ratio sit abolita per generalem consuetudinem, uidetur quòd pos-
47 sit defendi hæc opin. † quòd ex parte accusatoris non
48 poßit interuenire procurator †, quia correcta ratione legis, censetur correcta ipsa lex. glos. in l. j. de legi. tuto. & si dicatur prout dicit Aret. in l ij. in iij. col. in uersi. circa tertium requisitum. de uulg. & pupil. quòd licet sit correcta ratio legis, remanet tamen lex fundata in authoritate. facit glos. secundùm eum, in l. liberos. ad fin. ff. de

mino.

mino.& id quod dicit Bartol.in l. cùm hi.§. transactionem.de transact.quæ iura uolunt,quòd licet tollatur ratio solennitatis introducendæ in alienatione rei ecclesiasticæ,uel in transactione alimentorum,non tamen cessat solennitas: quia dico,quòd id,quod dicitur quòd correcta ratione legis,censetur correcta ipsa lex,procedit ubi ratio est generaliter correcta,secus si sit correcta in aliquo casu: quia tunc non cessat legis dispositio.Ita intelligitur text.in l.j.in fin.de mino.ubi,licet reperiatur aliquis minor,qui bene gerat negotia sua, tamen iura loquentia de
minoribus,non cessant in tali crimine: † nec aliquid facit glos.in l.liberos.ff.de capi.dimi.imò facit pro glos.in 49
d.l.j.de legi. tuto.quia glos.ibi sentit, quòd si illa imaginaria uenditio,de qua ibi fuisset causa illius capitis diminutionis,q; isto casu esset correcta ipsius legis dispositio: sed ubi erant duæ rationes,licet una sit correcta,non censetur correcta lex.§.affinitatis.instit.de nupt. Et retenta ista opinione,infertur,quòd siue procedatur per uiam accusationis,siue per uiam exceptionis,uel alio quouis modo,ex parte accusatoris inquirentis,uel denunciantis, aut excipientis, potest interuenire procurator: licet contrarium sentiant communiter interpretes hîc,cum alijs copiosè relatis per moder. Senenses,in d.c.ueniens. de accu. in ulti.char. Infertur secundò quòd non est tantum dubitandum, an possit constitui procurator ad libellandum tantùm, uel ad litem contestandam,uel ad excipiendum, ut infrà per Bartol.Angel.& Imol.ubi dicemus: Tertiò infertur,quòd in his casibus,in quibus non habebat locum pœna talionis,de quibus per glos.Bartol. & alios in l.si cui.infrà de accusa.& in l.qui crimen.C.qui accusa.non poss. & per Bartol.in l.ij.§.si public.infrà de adul.po-

terat constitui procurator, quia cessabat ratio pœnæ taalionis. de qua in d. c. tuæ. de procur. & in l. ij. C. qui accus. non pos. Et si quispiam subtiliter diceret, licet cesset illa ratio, militant tamen aliæ rationes, & maximè illa, quòd ipse principalis magis accuratè, & diligenter defendet ipsam causam: quia dico, quòd illa habet locum, ubi principalis posset subire capitis periculum. l. j. C. ad leg. Cor.

50 *de falsi. de quo tamen dicã plenius infra.† Sed tota difficultas consistit in indagando rationẽ, quare ex parte rei non poßit interuenire procurator: Et Bart. hic uidetur tradere quatuor rationes: & duas alias tradit in extrauaganti, ad reprimendum, in uerbo, legitima. quas refert hic Imo. col. xv. & duas tradit Speculator, relatas hic per Imo. & do. Benedictus Plumbinius, colum. xj. & has rationes, & dicta Imol. referunt moderni in d. c. ueniens. col. iiij. de accusa. Veritas consistit in tribus rationibus adductis hic per Bartol. & licet omnes improbent, prima defendi tamen potest, quòd mens glos. hic fuit dicere, quòd sicut sententia capitalis, non potest ferri in absentem, non posßit etiam ferri in procuratorem: & si dicatur, ex quo non potest ferri in procuratorem, quia non deliquit: poterit*

51 *ferri in ipsum dominum. l. fin. in uer. † sinautem iudice contra eum probaturo, C. de iniur. replicari potest, quòd ille text. procedit in delictis lenioribus, sed in crimine publici iudicij, in quo uenit imponenda pœna capitis, sicut non potest ferri sententia contra procuratorem, qui non deliquit, non potest etiam ferri contra absentem: quia ratio non patitur, ut in graui delicto absens condemnetur. ut dicit text. in l. j. de requiren. reis. & si quispiam diceret hoc modo declarando. Hæc ratio erit eadem cum ratione Bartol. dicatis, quòd ideò non potest constitui procurator,*

curator, quia iudicium posset reddi elusorium: quia uidens aliquis se posse condemnari, confugeret ad ecclesiam diui Antonij, & constitueret procuratorem: quia dico, quòd est eadem ratio indubitanter: non autem Bartol. & communiter tenetur, ne delicta remaneant impunita. Sed contra eam ultra alios opponitur. † Primò, uidetur quòd 52 licet executio sententiæ non poßit reddi elusoria, non potest constitui procurator: probatur in d.c. ueniens. de accusa. secundùm Areti. ibi. Nam ibi executio sententiæ non poterat, ut dixi, reddi elusoria: † quia depositio ab officio, & beneficio, de qua ibi, trahit secum executionem: 53 & tamen prohibetur constitui procurator: & tamen attenta ratione Bartol. ubi iudicium non potest reddi elusorium, deberet admitti procurator. Secunda obijcitur difficultas, nam ex crimine, propter quod uenit imponenda pœna relegationis, iudicium non potest reddi elusorium: quia potest ferri in absentem, l. absentem. ff. de pœnis: & tamen Bartol. infrà, in iij. col. uult, quòd in causa relegationis, nō poßit constitui procurator: & tamen debet posse constitui: ex quo iudicium non potest fieri elusorium, † cum absens poßit relegari. Tertia obijcitur difficultas, 54 † nam ille qui in crimine semel comparuit in iudicio, si 55 posteà se absentet, licet uerè sit absens, c. comparati. de appella. tamen iuris interpretatione uidetur præsens: probatur ex notatis in l. fina. ff. de in integ. restitu. titulo generali, ubi sententia lata contra eum, qui non dimittit procuratorem, dicitur lata contra absentem: secus si contra eum, qui procuratorem constituit: † Primæ difficultati 56 respondetur, quòd est uerum, quòd in c. ueniens. executio non potuisset reddi elusoria: quia sententia illa trahit secum executionē: sed bene potuisset reddi sententia elusoria,

ria, si potuisset constitui procurator: quia in ipsum non potuisset ferri sententia, nec etiam in illum reum absentem: per regulam l. absentem. ff. de pœnis. Secundæ difficultati respondetur, quòd uerior opin. est, ut dicemus infra,
57 *† quòd in causa relegationis possit constitui procurator. per text. in l. seruum quoq; § publicè. ff. de procur. Tertiæ difficultati respondetur, & fateor, quòd ille, qui dimittit procuratorem, dicitur præsens iuris interpretatione:*
58 *† sed in causis grauibus, requiritur præsentia uerà, non autem interpretatiua, per regulam d. l. absentem. ff. de pœnis. Et sic habes defensatam communem rationem ab impugnationibus Aretij, in d. c. ueniens. in xij. col. de accusa. quicquid dicant repetentes ibi in iiij. col. qui dicunt, quòd nulla concludens ratio possit assignari. Tertia, & ultima datur ratio per Bartol. hic, tam ex parte rei, quàm accusatoris: quòd ipse principalis, magis accuratè, & diligenter defendet causam suam: quæ ratio secundùm Bald. Angel. & Imò. hic, fuit*
59 *† glos. in l. non solùm. in fin. ff. de procura. licet repetentes in d. c. ueniens. uer. quinta ratio. dicant, quòd in libro suo illa gl. hoc non dicit: sed decipiuntur in hoc. Nam hæc ratio uidetur indubitabilis, secundùm Imo. hic, & post eum moder. in d. c. ueniens. Quia ubi potest procedi contra absentem, ibi potest interuenire procurator: l. seruum quoq; §. publicè. de procu. Et tamen etiã in isto casu militat ratio, quòd quis accuratius, diligentius, & fidelius causam suam tuetur:*
60 *† & si dicatur, quòd in casu §. publicè. secundùm intellectum Bartol. infrà non admittitur procurator, tanquam procurator, sed tanquam excusator, & instructor, qui solùm potest prodesse absenti, non autem nocere: certè ista solutio confunditur per illum text. dicentem, quæ-*

uis

uis allegantem innocentiam debere admitti: quæ uerba innuunt, quòd etiam tanquam procurator admittatur, qui potest prodesse, & nocere domino. c. ij. de confes. Et ideò considera, si potest alio modo intelligi text. noster, & ille text. Nam in hoc text. dicitur, † quòd ad crimen publici 61
iudicij persequendum, frustrà interuenit procurator, modo dicitur in l. reos. C. de accusa. quòd leges publicorum iudiciorum, reos permittunt in capitalibus causis, etiam per procuratores defendi: dico quòd ille text. est intelligendus, ubi rei sunt absentes ex iusta causa: & uidetur quòd tunc sit admittendus procurator. Et in his terminis ex mente Ang. quem nullus hic refert, potest intelligi ille text. dum dicit, quòd ordinarium, & æquum est, quemlibet debere admitti ad indagandam innocentiam, & sic ad allegandum causas absentiæ: text. uerò noster loquitur, ubi quis latitat, & non uult comparere, licet poßit: iuxta l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus cau. in poß. eatur: & ita intelligitur text. hîc, & hoc modo posset inferri, † quòd absens ex iuxta causa in criminalibus pos 62
set cõstituere procuratorem, secus tamen in latitante. Esset tamen magna restrictio ad iura dicentia, quòd in crimine capitali non admittatur procurator, quæ sunt plura, ut dixi: sed posset replicari, quòd æquum est regulam fallere, ubi æquitas hoc suadet, l. ij. § item uarus. de aqua plu. arc. sed tenendo communia, potest dici, quòd ideò non potest admitti procurator quando proceditur contra absentem, quia posset ei fieri maius præiudicium, ex quo absens potest damnari: & ideò æquitas suadet, † quòd isto casu 63
non admittatur procurator. arg. in l. exigendi. §. fi. cum ibi not. C. de procur. Et si quispiam subtiliter diceret in casu l. sic diu. C. de procur. & in casu l. lex Cornelia. §. constitutum.

64 tutum. † & in extrauag.ad reprimen.in uerbo, legitimè, potest ferri sententia in absentes, ergo, potest interuenire procurator: dico, quòd l.non considerauit tantùm præiudicium in illis casibus, ex quo uoluit, quòd poßit ferri sententia cõtra absentē: patet in crimine læsæ maiestatis, ubi admittuntur etiam testes famosi. Tertia datur ratio, quia si admitteretur procurator: reus, uidens se posse condemnari, non compareret: sed hac ratione attenta, idem faceret aliquis, ubi uocaretur in seruitutem: & tamen potest constitui procurator: & ideò moder.in d.c.ueniens.dicunt non posse aßignari concludentem rationem: & tamen in col.xxx.in xv.q.dicunt, quòd quidam aßignant hāc ratio-
65 nem: † & ideò in causa criminali, nõ potest constitui procurator quia iudex ex inspectione in faciem, & in personam rei: qua trepidatione, & quo colore, & uultu loquatur accusatus, uel inquisitus, melius cognoscet. Lex ergo uoluit, q in causa tanti præiudicij, non debeat admitti procurator, ut causæ ipsæ melius innotescerent, & liquidarentur: & hanc rationem posuit hic Imo in effectu col. xv. & Albericus in d.§.publicè.in x.col.in uer. Sed quid si audita causa. & clarius Areti.in d.c.ueniens. & pro ista ratione, iudicio meo, est text.expreßus, in c.tuæ.de procu. & eò maximè, quia procurator, agēdo causam neglige̅tius præiudicaret Reipublicæ: sed ista ratio, licet concludat ex parte rei, non tamen concludit ex parte actoris: qui non tenetur amplius ad pœnam talionis. Et ideò considera quòd lex, quantum potest, uidetur restringere facultatem accusandi, l.si cui.infrà de accusa. & l.fin.eod.tit.ibi, innocentiam feriamus: & ideò ubi quis uult accusare:
66 † lex uult quòd ipsemet accuset, & ubi accusauit, si desistat, afficit eum pœna, de qua in l.iij.§.fin.de præuar. Et hoc

hoc facit, ne aliquando contingat innocentes damnari, d. l. fi. ibi, ne innocentiam feriamus: nimirum ergo si non uult quòd accusator poßit constituere procuratorem: ex parte uerò rei, quia causa est magni praeiudicij, adeò † quòd 67
reus in causis criminalibus, suis defensionibus renunciare non potest: glos. in l. pactum inter haeredem. ff. de pact. ideò uult quòd nõ poßit procuratorem cõstituere: attento maximè, quia etiã interest Reipublicae: ut uterq;, tam accusans, quàm accusatus, compareat coram iudice, ut poßit dignoscere, quo uultu, & quo colore, & qua animi trepidatione loquatur. iuxta l. iij. ff. de testib. & secundùm Bartol. ad finem huius §. uidetur quòd intersit etiam Reipublicae, ut accusans ipse etiam compareat: & sic iungitur quodammodo fauor publicus, cum priuato: ut pulchrè declarat Aret. in d. c. ueniens. col. xij. sed ista ratio fauoris publici non tantùm cõsideratur, quãtum praeiudiciũ ipsius rei conuenti: patet, quia ubi accusans, uel accusatus suspicabitur se posse condemnari, uterq; potest transigere, & sic sanguinem suum redimere: & sic isto casu non procedit titulus de praeuari. nec procedit l. in fisci causis. ff. de iur. fis. ut est casus in l. j. in fin. de praeuar. † & quòd lex 68
magis consideret praeiudicium ipsarum partium, quàm Reipublicae: probatur in l. j. de requir. reis. ubi lex uult quòd in casu graui, absens non poßit condemnari: & ex quo uult, quòd absens non poßit condemnari propter grauitatem causae: uult etiam quòd nõ poßit interuenire procurator, propter grauitatem causae: quia ista duo procedunt à pari. Primò nota ex hoc tex. q, ad crimen publicum persequendũ, frustrà interuenit procurator: & est aduertendum: † quia omnia iura loquuntur in criminibus publicis, ut probatur in l. tunc conuenit. C. de accusa. 69

& in

& in l.de fide.C.ad l.Cornel.de falsis. & in l.ij.C. qui
70 accu.non pos. † & ideò Angel.hic in iiij.col.fuit in ista opin.quòd ubi crimen est publicum:siue poßit ferri sententia in absentem,siue non:siue poßit imponi pœna corporalis, siue pecuniaria: quòd in crimine publici iudicij non poßit interuenire procurator: & pro ista opin.Angel.multùm stringit text.hic in fin.qui uidetur præsupponere quòd hic poßit ferri sententia,& restringere istum text.ad sententiam annotationis bonorum:ut dicunt Ang. & Imol.magna esset restrictio:quia appellatione sententiæ,ita pôtest includi sententia causæ principalis:sicut annotationis bonorum:& suadetur ista opin Ange.quia ita dicitur publicum crimen,illud quod non est capitale:sicut illud,quod est capitale:quia publicorum iudiciorum,quædam sunt capitalia,quædam non capitalia: l.ij.suprà eod. Ergo text.iste debet intelligi de utroq; crimine:facit pulcher text.in l.cum de lege.ubi Aret.ff.de testã.& suade-
71 tur hæc opinio Ang. † quia crimina publica,habent nescio quid specialitatis: quod non habent crimina priuata: probari uidetur in l.fin.de furt.ut dixi suprà. Contrarium tamen tenet Imol.hic, quem sequuntur formaliter moder.in d.c.ueniens.in ij.membro.in j.q.in viij.col. qui adducunt post Angel.& Imol.hic tres text. & primo l. iij.ubi sena. uel clari. quòd procur.ubi planè probatur, quòd etiam sunt quædam crimina priuata: quæ per pro-
72 curatorem exerceri non possunt: † ad idem facit tex.in l. j.C.ut tam ciui.quàm cri.cau. iuncto principio cum fine. Nam ibi in principio fit mentio de furto, quod clarè est priuatum delictum:& tamen dicitur in fine quòd accusatione instituta contra officialem,finito officio debet causam ipsam per se persequi:non autem per procuratorem.

Et

† Et suadetur etiam per tex. in l. j. an per aliũ cau. app. qui 73
text. facit differentiã: an causa sit pecuniaria, uel capitalis: & in capitalibus uult quòd nõ admittatur procurator, secus in causis pecuniarijs: & tamen in capitalibus l. illa non distinguit publicum crimen à priuato: † sed tu ad- 74
uerte quia Angel. non negat quin §. noster habeat locum etiam in priuatis criminibus: sed uult quòd in crimine priuato fiat distinctio: an sit capitale, uel non: sed nõ uult quòd ista distinctio fiat in crimine publico: quia ita dicitur propriè crimen publicum, ubi imponitur pœna pecuniaria: sicut ubi imponitur pœna capitalis: & multa sunt specialia in ipsis criminibus publicis, contra Angel.
† tamen uidetur casus in d. l. & tunc conuenit. C. de ac- 75
cu. qui propriè uult quòd in criminibus publicis, ubi causa deposcit inscriptionem, non poßit interuenire procurator, secus in pecuniarijs causis, ut ibi subdit tex. Tota igitur difficultas reducitur ad hoc: an in criminibus publicis, in quibus imponitur pœna pecuniaria, sit necessaria inscriptio: & iura absolutè dicunt quòd in criminibus publicis sit necessaria inscriptio, nec distinguunt capitalia à non capitalibus. Prima ergo ex prædictis datur ampliatio ad hunc tex. † ut procedat nedum in delictis pu- 76
blicis: uerumetiam in delictis priuatis. Secunda datur ampliatio, ut procedat etiam in crimine quasi publico:
† & sic in crimine suspecti tutoris: quod est quasi pu- 77
blicum. l. iij. §. cõsequens. ff. de susp. tut. † Nam, si agatur 78
ut tutor debeat principaliter puniri, non admittitur procurator, ut plenè per Imo. hic in vj. col. ubi plenè dicam: secus tamen si ageretur, † quòd principaliter remouere- 79
tur à tutela: quia licet posset contingere quòd puniatur, tamen attenditur id quod principaliter agitur: ut hic plenè

plenè per Imo. & probatur ultra eum: quia reo existente non soluendo, posset imponi pœna corporalis, l. fi. de in ius uoc. & l. si quis id quod. §. in seruos. ff. de iurisd. omn. iud. Tertia datur ampliatio ad hunc text. ut etiam pro-
80 cedatur, † ubi proceditur per uiam inquisitionis: quia inquisitio de iure ciuili succedit loco accusationis: l. ij §. si publico. ff. de adult. secus tamen est de iure cano. ubi non agitur de pœna sanguinis. c. sententia. ne cler. uel mona. & tradit Alber. in l. seruum quoq;. §. publicè. in vj. col. in uer. Item est casus satis notabilis. ubi etiam ultra alios Andr. de Pisis. & Bald. ff. de procura. & idem tenet Bartol. in d. l. si cui §. j. & hæc ampliatio de plano procedit, ubi illa pœna, quæ imponitur per uiam accusationis, imponitur etiam ubi proceditur per uiam inquisitionis.
81 Quarta datur ampliatio † ut etiam procedat, ubi opponitur de crimine per uiam exceptionis ad finem puniendi: quia isto casu non potest interuenire procurator. secundùm moder. in d. c. ueniens. in iij. q. in ult. membro. in penul. col. ubi etiam quærit an admittatur, ubi proceditur
82 per uiam denunciationis. † Quinta ampliatio datur secundùm Bald. in d. l. seruum quoq;. §. publicè. ut adeò sit prohibitus procurator in criminalibus, quòd non possit etiam offerre libellum: quia libellus est de substantia iudicij, l. accusaturus. ff. de adulte. & libellus non potest substantiari in persona procuratoris, multò minus poterit
83 admitti ad litē contestatā: ut dicunt moder. in d. c. ueniens. col. xlij. in uer. tertiò quæro. & dicam. † Sexta datur ampliatio, ut non admittatur etiam ad medium causæ: quia text. hîc dicit simpliciter: quòd non admittitur ad crimen publici iudicij persequendum: Ergo uidetur re-
84 mouere procuratorem ab omni persequutione: † quia

cùm

cùm remouetur genus, remouetur etiam quælibet eius species: ita tenet Spec. in titu. de procur. § j. uer. sed nunquid. ubi Ioan. And. in addi. ad eundem Spec. post Rofre. Tancr. & Rober. Galeotum. & hæc ampliatio de plano procedit in his casibus, in quibus absens damnari non potest: uel etiam ubi non est incarceratus, de quo infrà dicam latè. Septima cadit ampliatio: ut multò minus poßit interuenire procurator, † ad respondendum positionibus, 85
uel confitendum delictum, secundùm Bald. in d. l. seruum quoq;. § publicè. ff. de procur. & ratio est: quia reus debet per seipsum confiteri. idem tenet Salyc. in l. reos. C. de accusa. † Octaua erit ampliatio, ut etiam proce- 86
dat, ubi quis accusatur de uulnere, & dubitatur an uulnus sit mortale: quia isto casu etiam non admittitur procurator: ita uult Bal. hîc, dum dicit, quòd debet admitti sub conditione: ut talis procurator habeatur pro non admisso, si contingat illum mori. & hoc fortius uult Ioan. de Imo. hîc, qui uult quòd non admittatur, nec simpliciter, nec sub conditione: quia posset reddi iudicium elusorium: ex quo pars semper eligeret comparere per procuratorem sub conditione postea condemnatus pœna corporis afflictiua, eluderet iudicium: & statim quòd uideret se posse condemnari, aufugeret. Sed tu considera quia secundùm Bald. & do. Flor. in l. si uulnerato seruo. ff. ad l. Aquil. † ubi fit proceßus super uulnere cum procura- 87
tore, si postea sequatur mors, est necessarius alius proceßus nouus: nec ex primo potest sequi condemnatio, secundùm Bartol. ubi cæteri communiter in l. damni infecti. § sabinus. de dam. infec. Cepola in consil. xlj. in ij. col. Posset tamen saluari ista ampliatio, ubi actum esset contra uulnerantem, qui uulnerasset animo occidendi: quia isto

casu

casu sequuta morte ualeret processus: & per consequentiam non posset admitti procurator nec simpliciter, nec sub conditione. Nona datur ampliatio ad istum tex. ex mente Bald. in l. reos. C. de accusa. & Bart. in l. j. de pub.
88 iud. ubi uolunt, † quòd ubi imponuntur duæ pœnæ alternatiuè, altera pecuniaria, & altera corporalis: ex quo ibi datur pœna capitalis: ideo non poterit interuenire procurator, quòd de plano procedat secundùm Imol. hîc, ubi electio pœnæ spectat ad iudicem: secus tamen si spectaret ipsi reo. Sed tu considera quicquid dicat Imol. quia uidetur quòd omni casu poßit admitti procurator: attento quòd reus non potest eligere pœnam corporis afflictiuam: quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & infrà dicam. Decima
89 cadit ampliatio, † ubi lex dicit puniatur tali pœna, puta amputatione manus, uel alia. Nam illo casu, quia dictio alia, est réspectiua similium, non esset admittendus procurator. iuxta not. per glos. ubi Bald. eam multum not. in l. si fugitiui. C. de ser. fugiti. Vndecimò amplia singula-
90 riter, † ubi pro delicto agitur principaliter ad infamandum: quia isto casu non potest etiam interuenire procurator: & ita uoluit glos. in l. non solùm. §. fina. in glos. penult. quam sequuntur moder. repetentes in d. cap. ueniens. colum. xx. in uersic. octauò quæro. facit text. in l. iusta. ff. de manumis. uin. & in l. fin. ff. quod met. cau. Secundò facit, quia si posset interuenire procurator, iudicium
91 posset reddi elusorium: † quia procurator alieno nomine condemnatus non efficitur infamis: nec ipse, nec ille pro quo comparuit, l. furto §. qui alieno ff. de infa. Duo-
92 decima cadit ampliatio: ut etiam iste text. procedat † ubi pro delicto potest imponi pœna perpetui carceris: quæ pœna

pœna æquiparatur damnationi in metallum, per quã quis efficitur seruus pœnæ, secundùm Bart. in l. ij. suprà eod. Et isto casu uidetur, quòd non poßit interuenire procurator: sed tu considera, quia uidetur quòd text. in l. aut dãnum. in fin. de pœnis. † uelit quòd pœna perpetui carceris, 93 æquiparetur damnationi in opus publicum. de quo plenè dixi in l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud. Hæc tamen ampliatio uera est, ut tenet Cæpola in consil. xx. col. ij. ut infrà dicam plenè. Decimatertia cadit ampliatio ad istũ text. ut etiam procedat, † ubi pro delicto imponitur pœna pecuniaria, & corporalis, copulatiuè: quia tunc non 94 potest interuenire procurator secundùm Imo. hîc. † Quia 95 ubi concurrunt duæ causæ, una quæ nocet, & altera quæ prodest: debet attendi causa quæ nocet, l. Pædius. §. j. ff. de arbit. & l. si quis in graui. §. fin. de procur. Et si quispiam subtiliter diceret, non'ne de iure communi regulariter admittitur procurator? quo casu succedit id, quod dicit Ias. in l. si arrogator. in xiij. col. ff. de adopti. ubi dicit, quòd quando causa, quæ prodest, reducit nos ad ius commune, illa attenditur. Replicari potest, quòd etiam lex communis uult, quòd regulariter ubi agitur de pœna corporis afflictiua, prohibetur constitutio procuratoris: quo casu quando concurrunt duæ causæ, una quæ prohibet, & altera quæ permittit: non attenditur causa permittens. l. si Ruffinus. C. de testa. mil. Decimaquarta cadit ampliatio, secundùm Bartol. hîc: † quòd ubi stat statutum, ut 96 quis poßit impunè offendi: quia cùm hæc pœna sit deportatione maior, uidetur quòd non poßit interuenire procurator: & idem est de mente Bald. in l. ij. de publi. iudic. ubi dicit, quòd si statutum dicat, quòd qui declinat iurisdictionẽ potestatis, poßit impunè offendi: perditius illius

 ciuitatis,

ciuitatis, cuius uidetur factus hostis. Quod de plano procedit, ubi talis pœna est perpetua. Verum est, quòd Bald. in l.seruum quoq;. §.publicè. uidetur uelle contrarium: sed præcedens opinio est uerior, & tenēda: quā etiam tenuerunt repetentes in d.c.ueniens. col.xxvij. in xij.q. de accusa. Et si dicatur, ut dicit ipse, Ex quo sententia potest ferri in absentem, uidetur quòd poßit admitti procurator: replicari potest, quòd ista consequentia non tenet: ut infrà per Bartol.in iij.col.ubi dicam latißimè. Deci-
97 maquinta cadit ampliatio: † ut ubi per statutum imponitur pœna arbitrio Potestatis, ut est Papiæ, ubi statuto cauetur, ex delicto aliquem puniri in ære, uel in persona, inspecta qualitate delicti, & conditione personæ arbitrio Potestatis: isto casu non poterit interuenire procurator: ut plenè scribit Signorolus, in suis Cōsilijs, consi. clxviij. incipiente, Statuto ciuitatis Papiæ cauetur: & tradit plenè Anch.in consil.cclxxiij.incipiente, Plenè & subtiliter est allegatum. Decimasexta cadit ampliatio, etiam in pulchro casu, quem tradit Cæpol.in consil. xx.
98 in ij.col.ubi dicit, † quòd si condemnatus ad perpetuos carceres aufugiat, sicut in illa tali causa non potest cōparere per procuratorem: ita non potest per procuratorem, testes, qui contra eum deposuerant, accusare de falso: secundùm Bald. & Nelum per eum relatos. Decima-
99 septima cadit ampliatio: † ut etiam uxor, & filij, non poßint constitui procuratores in causa criminali: imò nec possunt comparere pro eorum interesse: ut per Cæpol.in d.consil.xx.in ij.col.ad fin.de quo tamen infra dicam. Decimaoctaua cadit ampliatio: ut etiā procedat
100 tex.iste, † ubi uirtute statuti potest procedi contra absentem: ita sentit Bartol.suprà in v.col.& idem Bartol.
in

in extrauag. ad reprimen. Nam etiam isto casu non potest
interuenire procurator, qui possit nocere ipsi reo accu-
sato, uel inquisito. Et hæc fuit opinio Raynerij, in l. reos.
ubi Bald. in viij. col. in uersic. quæritur ubi absunt. &
hanc esse communem dicit Alexan. in consil. cxvj. incip.
Animaduersis statutis: est uerum, quòd Ias. in l. is qui. in
iij. col. qui testa. face. pos. uidetur amplecti contrariam
sententiam: quòd imò quando potest procedi contra ab-
sentem, in eius contumaciam, possit interuenire procura-
tor: Et plures alios citat Hippo. in sua practica in §. se-
quitur. in vj. col. & in consil. lxxxj. in viij. col. Præceden-
tem tamen opinionē tenet Corn. Perusi. in cōsi. cxxij. in ij.
col. uolu. iiij. Sed infrà plenè dicam, & in disputatione po-
nam. Decimanona cadit ampliatio: quòd adeò uera
est hæc opinio, † ut non possit etiam reus accusatus, uel 101
inquisitus constituere procuratorem ad confitendum ip-
sum delictum, secundùm Bald. in l. ij. C. quorum sententiæ
app. non reci. Vigesima cadit ampliatio secundùm An-
gel. & Imol. hic, ut adeò sit uera ista regula, ut papa non
possit de potestate ordinaria, in causa criminali admittere
procuratorem: licet de potentia absoluta possit hoc face-
re: & ideò secūdùm Ang. † Princeps potest per suū rescri 102
ptū facere, q admittatur procurator in causa criminali,
dūmodò in rescripto apponat clausulā, Non obstante tali
lege. Sed ista ampliatio apud me est dubitabilis: † quia q 103
nō admittatur procurator, fuit introductū propter graui
tatem causæ: & quia iudex partibus auditis meliùs potest
ueritatem discernere: & ideò super hoc cogita. Vi-
gesimaprima datur ampliatio: q adeò uera est ista regu-
la: † quòd procurator non potest admitti ad petendam 104
restitutionem in integrum aduersus sententiam latam in

 causæ

causa criminali: ita uoluit Bald.in l.j.§.de qua.de postulan.& Aretin.in d.c.ueniens.col.xx.de quo plenè scribit Hippolytus,in singulari suo ccxxj. incipiente, Restitutis in integrum: & idem Hippo. in d.§.sequitur. colum.j. Vigesimasecunda datur ampliatio: ut etiam procedat,
105 ✝ ubi in crimine publico, seu capitali imponitur pœna ipso iure: quia etiam isto casu non potest interuenire procurator, secundùm Pet.de Ancha.in d.l. seruum quoq; §. publicè interest.ad finem,de procur. & uult Alexan. in addit.ad Bartol.in hoc §.nostro,& Hippol.in d.§.sequitur.col.viij.in uersic. item suos. Vigesimatertia datur
106 ampliatio ad hunc text.ut etiam procedat: ✝ quando reus accusatus,uel inquisitus,est præsens in iudicio: quia etiã tunc nõ potest interuenire: Et pro hac opinione facit iste text.qui generaliter loquitur. Secundò facit text.in l.j.ff.an per alium cau.appel.agi po. Et meritò: quia accusans, & accusatus,debent esse in uinculis, l.j.ij.& iij. ff.de cust.reo. Et si id dicatur, contrarium tenet Bal.in l. reos.C.de accusa.& mod. repetentes,in d.c.ueniens.col. xxxj.in q.vij.& responderi potest,quòd l.non tantùm.de appel. quæ per eos adducitur,non facit ad propositum: & meritò: quia prædicti modern. repetentes uolunt,
107 ✝ quòd pro accusatore præsente oblato libello per accusatorem poßit ad omnes alios actus interuenire procurator: Quod uidetur contra hunc text. qui loquitur generaliter,quòd ad crimen publici iudicij persequendum, frustrà admittitur procurator: & sic uidetur reuocari procurator ab omni prosequutione: & à quo remouetur genus, remouetur quælibet eius species,l. fundum. de fundo instru.& l.fin.§.j.de suis,& legit. Et facit, quia uidetur speciale in illustribus, qui poßunt constituere procuratores:

teres:& tamen in l.fin. C.de iniu. præsupponitur quòd 108
illustres essent præsentes:nisi dicas tenẽdo opinionẽ Bald. quòd iura referuntur ad absentes:ut probatur in d.l.reos. C.de accu.& in d.l.seruum quoq;.§.publicè interest. Et certè durũ esset ab hac opinione recedere in practica:ueritas tamen dependet ab illo articulo, † An pro carcerato 109
posit interuenire procurator? Bartol.hic col. iiij. tenet, quòd sic:Et idem tenet Angel.hic col.j.& Imol.col.ix.qui dicit, quòd sic seruatur de consuetudine: & idem dicit Do.Benedic.Plumbinius.col.xj.& hãc opinionẽ tenet Alber.in d.l.seruum quoq;.§. publicè.in vj.col. post Archidia.per eum relatum: ubi etiam Bald.dicit,quòd sic seruatur de consuetudine:Et idem dicit Bald.in l.reos. C. de accusa.& est communis opinio ut testatur Feli.in c.inuenimus.de accusa.& mod.repetentes, in d.c.ueniens.in xviij.q.col.xxx.de accusa.Et sic secundùm omnes istos, seruatur ista consuetudo. Fundamentum huiusce communis sententiæ,consistit in quatuor. Primò, quia sicut dominus admittitur procurator pro seruo carcerato,l.sciendum.& l.seruus.ff.eod.& l.Lucius.ff.de appella.& quilibet alius.Secundò,facit l.si non defendatur.ff.de pœnis. † ubi incarceratus seruus, non solùm à domino, 110
sed ab omnibus defendi potest,l.non tantùm.de appel. ubi Bartol.uult,quòd etiam ipso reo inuito, posit quis causam appellationis prosequi:& tamen ille, qui non potest constituere procuratorem in causa principali,non potest etiam in causa appellationis: ut in hoc §. iuncta l.j. an causæ appella. per alium re. po. Tertiò, facit stringens fundamentum: nam secundùm Bartol.in carcerato uidentur cessare omnes rationes, per quas ex parte accusatoris uidetur prohiberi constitutio procuratoris. Patet, quia

in ipsum præsentem sententia ferri poterit, & contra ipsum executioni mandari: & hoc modo iudicium elusorium non reddetur: & quia pleniùs, diligentiùs, & accuratiùs, ipse cum procuratore, quàm solus, causam suam defendet. Tamen Ioan. And. *relatus hic per* Imol. *intelli-*
111 *gebat hanc communem sententiam hoc modo: † ut incarceratus posset constituere procuratorem ad omnes actus, præter quàm ad litem cõtestandam, & ad sententiam audiendam. Quæ opinio non displicet* Imol. *Contrarium tamen tenuere subtiles* Vltramontani, *secundùm* Alber. *in d. §. publicè. in vij. col. in uersic. item quæritur. qui uoluerunt, quòd non poßit admitti procurator, nec ad unum, nec ad duos articulos: sicut non potest admitti ad sententiam. Quia à quo remouetur genus, remouetur & quælibet eius species, l. fundi. ff. de fund. instru.* Item *si prohibetur constitui procurator ad sententiam audiendam: uidetur etiam prohibitus ad alios articulos, per quos deuenitur ad eam, l. oratio. ff. de sponsal. & eò maximè, quia uidetur speciale in personis illustribus, ut poßint constituere procuratorem, præter quàm ad sententiam: ergo in contrarium est ius commune.* Et *dicit* Dy. *in d. §. publicè. q. huic rationi non potest congruè responderi.* Alber. *tamen tenet hanc opinionem, q. domino existente præsente, seu incarcerato, admittatur procurator ad media causæ: & ita dicit sæpè obtinuisse de facto. Est uerum, quòd ipse reus debet litem contestari, & interrogari, & similia facere: quæ non poßunt congruè expediri per procuratorem: & cum hac distinctione transit hic* Do. Benedictus Plumbinius, *col. xij. Contrarium indistinctè tenet* Salycetus, *in d. §. publicè. & in l. reos. C. de accusa.* Et *mouetur primò, quia uidetur speciale in casu* l. *non tantùm. ff.*

de

de appella.ut admittatur. † Secundò mouetur per tex.in 112
l.j.ff.an per alium causæ app.ubi patet, quòd fuit senten-
tia lata in causa capitali: ergo reus erat præsens: aliàs non
potuisset fieri, l.absentem.ff.de pœn. Et tamen alius ap-
pellare non potest: & tum necessariò præsupponitur,
quòd ibi condemnatus esset in carcere, l. eos.§.super his.
ff.de appella. † Tertiò facit text.in l.miles.§.quidam.ff. 113
de adulter. ubi dicitur, quòd utile tempus, quod datur
marito ad accusandum uxorem de adulterio, ipsi marito
in carcerem coniecto, non currit: ergo datur intelligi,
quòd non potest constitui procurator ad accusandum de
adulterio: quia si posset constitui procurator, ipsi marito
tempus decurreret. Ita dicit etiam Bartol.in d.§.quidam.
Vltimò facit, † quia reus accusatus, uel inquisitus de cau- 114
sa capitali, solet in uincula detrudi, l.ij.§.fi.C.de exh.reis.
Ergo si uera esset ista ratio, semper posset, pro incarce-
rato cõstitui procurator: & sic esset possibile, q procura-
tor ipse esset multùm negligens: & sic posset multùm no-
cere ipsi reo in causa talis præiudicij: quod non est conce-
dendũ: & maximè, per istum text. qui generaliter loqui-
tur. Tenendo hanc opinionẽ responderi potest ad obiecta,
secundùm Albe.in d.l.seruum quoq;.§ publicè.in iij. col.
† scilicet quòd l.seruus. & l.sciendum.ff.eodem, loquun- 115
tur ubi dominus, uel eius procurator, comparet pro eo-
rum interesse, non autem ad defendendum ipsum seruum,
ut pœnam euitet. Et si dicatur, † ista solutio non satis- 116
facit ad l.si non defendatur. de pœnis. replicari potest,
quòd etiam ille text. loquitur in seruo, pro quo dominus,
uel alius nomine domini admittitur pro interesse pecu-
niario. Nec istud uidetur absurdum, quòd quis non ad-
mittatur ut procurator: sed admittatur ut tertius: ut pro-

batur in l.seruum ubi Bartol.ff.si quis caut. & in l.ij.
117 ff.eod. † Videmus in simili,quòd uxor potest prohibere pro suo interesse, ne bona mariti publicentur, l. si quis post.C.de bonis dam. Et sic illa iura non probant, quòd in criminalibus admittatur procurator. Si uelles tamen
118 tueri communem opinionem posses dicere,† q; ille tertius, qui admittitur pro suo interesse, admittitur ad allegandũ causam causæ. Sed replicari potest: quòd licet admittatur ad allegandum causam causæ: tamen non uidetur ad-
119 mitti ut procurator, † sed potiùs ut defensor, non obstante l.non tantùm.de appel. Quia ad illum tex.respondet Albericus in d.l.seruum quoq;.§. publicè.ff.de procura.& Do.Anto.in c.ueniens.de appell.quòd ille text. loquitur de appellatione,ad quam admittitur quilibet ratione coniunctionis,uel ratione officij,ad quod homo homini tenetur:sed illa lex non considerauit hanc cognationem l.sed & si.ff.de procura.iunctis his, quæ notantur in l.iij.§.parentes.de in ius uoc. Et profectò, si ratio cognationis deberet considerari,etiam ad crimen publicum persequendum,deberet admitti procurator: quod negat text.noster. Et ideò Aretin. in d.c. ueniens. in xviij.col. respondet aliò modo,quòd ille text. loquitur in actu appellationis,non autem in ipsa prosecutione: qui quidem actus etiam die feriata fieri potest. Sed huiuscemodi solutio ex uerbis illius text.confundi potest. Et primò, dum dicitur in principio, Non tantùm ei, qui ad supplicium ducitur, prouocare permittitur: sed etiam alio nomine eius:sed prout text. loquitur pro eo, qui ad supplicium ducitur,non solùm intelligitur de actu prouocationis, sed etiam de ipsa prosecutione:& præsertim quia text.dicit, Si ille mandauit &c.sed à communiter accidentibus non

solet

solet mandare solus actus appellandi: sed etiam ipsa appellationis prosecutio. Item solutio Areti. *uidetur contra rationem illius tex. dum dicit,* Quid *ergo, si resistat qui damnatus est perire festinans &c.* Nam *si ille tex. loqueretur de solo actu appellationis, posset facilè reus perire, permittendo labi tempus appellationis: quae ponderatio fuit repetentium, in d.c. ueniens. quae tamen non uidetur tuta. Quia illa festinatio ibi cõsideratur quantùm ad hoc, quia damnatus ducebatur ad supplicium: & ideò mihi placet solutio* Aretin. *quòd ille text. loquatur solùm de actu appellationis: † ut probatur in d.l. addictos. ibi, in-* 120
terponendae appellationis copiam non negamus. Verum *est, quòd haec solutio facilè posset morderi: quia text. in d.l. addictos. loquitur de appellatione interponenda ab ipsis damnatis, non autem ab alijs. Tenenda tamen uidetur solutio* Aretini: *aliàs, ut infrà dicam, esset necesse restringere text. in l.j. ff. an cau. appel. ut procederet, quando reus condemnatus non esset incarceratus: ideò ego dico, quòd ille casus est specialis, ut quis possit appellare, ubi quis ducitur ad supplicium: & ideò credo, quòd non procederet, ubi non duceretur ad supplicium. †* Veruntamen 121
Rapha. *Cuman. &* Angel. *de* Aret. *uolunt in d.l. non tantùm in ij. col. quòd ille text. habeat locum in damnato ad mutilationem alicuius membri, & in deportato.* Ego *tamen credo, quòd ille text. habeat locum ad illud tempus, quo ducitur ad supplicium: ut tunc possit procurator appellare.* Vel *potest dici, quòd ibi admittitur procurator non tanquam procurator, sed tanquam defensor, qui potest solùm prodesse, non autem nocere.* Non *ob. aliud fundamentum* Bartol. *dicentis, quòd melius per se & alium simul causa tuetur, quàm per unum solum: quia respon-*

 deo,

deo, quòd lex abhorret, quòd ubi agitur de tam graui præiudicio, quod est quodammodò irreparabile, admittatur procurator, qui poßit & prodesse, & nocere. Nec est etiam uerum, quòd cessent omnes rationes adductæ per Bart. quia licet cesset illa ratio, quòd iudicium non poßit reddi elusorium: non tamen cessat alia, quā Bart. considerat circa fin. istius §. quia hic agitur de fauore publico. Et sic Bart. considerat, quòd perfectiùs poterit dignosci ueritas, si ipse reus ducatur ad iudicem, ut poßit ipsum interrogare, & uidere quo uultu, qua continentia, & qua
122 trepidatione loquatur: † iuxta l. de minore. §. tormenta. de quæstionibus. Secundò considerat Bart. fauorem publicum: & ob hanc causam uidetur cōcludendum, etiam pro incarcerato non esse admittendum procuratorem. Si quis tamen uellet disputare hunc passum ad partes, posset mo-
123 do respondere ad adducta contra communem. † Et primò ad text. qui magis stringit, in l. j. ff. an per alium cau. app. q. ille text. debet intelligi, quando reus post sententiam, erat absens, & sic aufugerat: quod aliquandò contingit: & sic per ius considerari potest. Et ita respondet Imo. hic, col. ix. Sed replicari potest, quòd ex quo reus condemnatus solet strictius in uincula detrudi, & sic solet fortiùs custodiri, quàm ante latam sententiam: l. fin. C. de cust. reo. non est uerisimile quòd aufugiat: & esset magna uiolatio ad illum text. restringere illum ad hunc casum, qui est rarißimus: nisi dicas, quòd ex quo reus ipse est præsens, sic potest condemnari: uidetur quòd poßit constituere procuratorem, per regulam l. seruum quoq;. §. publicè. de procura. & sic non est absurdum restringere text. in d. l. j. an per alium cau. ap. ad casum quando aufugit ut iura iuribus concordentur: attento maximè, quia text.

text.in l.non tantùm.de appel.uult,quòd quilibet admittatur ad appellandum pro reo condemnato. Si uelles tamẽ tueri contrariã opinionẽ,uolo quòd aduertas ad l fin.C.de iniu. ubi uidetur speciale,q̀ persona illustris,posßit procuratorem constituere ad omnes actus,prœter quàm ad sententiam:& tamẽ ille text.potest intelligi etiam eo casu,quo accusans, uel accusatus est incarceratus. Si ergo est ibi speciale,ius commune erit in contrarium.l.j.ad munici. † Non ob.text. in l.miles. §. quidam. quia ad illum 124
text.respondet hic Ange.quòd ibi illa tempora non currunt:quia uolens alium accusare,nõ potest hoc facere per procuratorem,licet pro carcerato admittatur.Et sic sensus illius text.est,quòd maritus,qui erat incarceratus,non poterat accusare uxorem suam de adulterio per procuratorem:sed non negat,quin ipse posset constituere procuratorem in causa, pro qua in carcerem coniectus erat. Vel potest dici,secundùm Imol.quòd ille text. potest intelligi,quando carceratus uellet accusare coram alio iudice:non autem coram illo, à quo in custodiam traditus fuit. Vel potest intelligi,quòd ibi fuit iniustè incarceratus:& ideo eidem succurritur,ut dies,quibus in custodia fuerit,sibi non computentur: iuxta l.succurritur. allegata ibi per glos.ff.ex qui.cau.ma. Et iste uidetur uerior intellectus,quàm intellectus Ang.in l.iiij.ff.de adul. Non ob. aliud fundamentum : quòd non uidetur conueniens, quòd in causa tanti prœiudicij dictum, uel factum procuratoris nocere posßit ipsi domino:attento maximè, quòd accusator, & accusatus debent esse in uinculis, & sub custodia : l.j.& fin.C.de accu.& l ij.& iij.infrà de custod.reo.quia responderi potest, quòd iura considerant, quòd ubi potest ferri sententia in aliquem,ibi potest constitui

ſtitui procurator. Et eſſet dubio procul ſatis abſurdum, quòd pro quolibet actu, deberet incarceratus duci ad ban-
125 chum iuris: † & ideò l. tolerat, quòd pro eo poßit interuenire procurator: & hæc uidetur crebrior ſententia, à qua in iudicando non eſt recedendum. Mihi tamen uidetur poſſe ſic dici: aut quærimus quoad lit. conteſt. num ad reſpondendum interrogationibus, ſeu poſitionibus, poſſit conſtitui procurator? Et crederem quòd non: Et ita procedit text. in l. ij. C. de exhib. reis. & in l. ij. de cuſt. re. quæ iura uolunt, quòd reus ex uinculis cauſam ſuam dicere debet: & ita faciunt iudices prudentes, qui faciunt ipſum reum lit. conteſt. perſonaliter, & poſitionibus reſpondere: quibus tenetur in criminalibus per uerbum ueritatis reſpondere, & non per uerbũ, credo: ut Bar. tradit in l. inter omnes. §. fin. de fur. Et hoc modo potuerunt dignoſcere meliùs, & eruere ueritatem: arg. d. l. de minor. §. tormenta. ff. de quæſtioni. Aliquando quærimus an in medio ipſius cauſæ poßit admitti procurator? & ſic in his, quæ non poſſunt commodè expediri per incarceratum, cui eſſet difficilè pro quolibet actu exire carceres, & ad cauſam uenire. Et credo, quòd iſto caſu poßit admitti procurator: & ita dicit Alb. ſæpè ſe uidiſſe de facto obſeruari in practica. Aut quærimus, an poßit conſtitui procurator ad ſententiam: & omnes concludunt quòd non: quia uerba ſententiæ ad ipſum carceratum præſentem ad tribunal ſunt formanda: modo autem contra exiſtentem in uinculis: quia tunc eſſet lata contra abſentem, l. iiij. §. qui in aliena. ff. de dam. infec. Crederem tamen, quòd ad omnes actus ſubſtantiales, de quibus in l. prolata. C. de ſen. debeat ipſe duci ad banchum iuris. Et ex præmißis habetur prima limitatio ad hunc §. quòd ad crimen

publici

publici iudicij persequendum, potest pro incarcerato inter-
uenire procurator. † Secunda datur limitatio ad 126
istum text. ut non procedat in crimine hæresis, & in alijs
criminibus, in quibus quis damnatur post mortem: de qui-
bus per Doc. in l. defuncto infrà eod. & in l. ex iudicio-
rum. infrà de accu. & ita concludit Albe. in d. §. publicè.
col. vj. in uer. Sed nunquid in crimen hæresis, de procura.
qui subdit, quòd de hoc fuit magna concertatio in Roma-
na curia tempore Clementis v. coram quo instante Rege
Franciæ † accusatus erat Bonifacius viij. de crimine hæ- 127
resis per d. Guil. de Nogareto. & fuit obtentum: & ita
uoluit Bal. in l. reos. C. de accu. Et sic hæredes possunt cō-
stituere procuratorem, ubi defunctus accusatur de crimi-
ne hæresis: & ita cum hac opinione licet Alber. non refe-
rant, transeunt mod. Senen. in d. c. ueniens. col. xxxvj. uers.
xviij. quæro. Quia si aliter diceremus, excluderemus de-
fensionem, quod esse non debet: & eò maximè, quia morte
uidetur extingui ipsum delictum, l. defuncto. infrà de pub.
iud. quo casu uidetur solùm tractandum, de quæstione bo-
norum: † & ubi causa est pecuniaria, etiam quòd ex ea 128
quispiam infamari possit, admittitur procurator: ut pro-
batur in l. j. an per alium cau. app. red. pos. Et si quispiam
subtiliter diceret: † nam hic agitur de pœna priuationis 129
omnium bonorum, quæ pœna causæ criminali æquiparari
uidetur, ut glos. dicit in l. j. C. de re postu. lib. x. & proba-
tur in l. propter litem. de execu. tut. & in §. propter litē.
insti. eodem: replicari potest, quòd iura prohibentia pro-
curatorem constitui ad persequendum crimen publicum,
seu priuatum, solùm considerant, an pro delicto sit impo-
nenda pœna corporalis: an uerò pœna pecuniaria? Primo
casu tantùm prohibetur procuratorem admitti. Sed tu

conside

130 *considera: † quia licet morte delinquentis extinguatur delictum, ut contra eum non poßit formari inquisitio, minùs poßit mortuus damnari: tamen damnatur memoria ipsius proditoris, seu haeretici, ut contra memoriam ipsius poßit formari inquisitio, secundùm* Ange. de Aret. in §. *interdum. instit. de haere. quae ab intest. defe. & secundùm eundem in trac. malefi. in glos.* Traditore che hai tradito *la tua patria.* Et *haec limitatio prima fronte uidetur sine dubio: quia uidetur absurdum, quòd defensio denegetur,*
131 *ubi impugnatio conceditur, l. facultas.* C. *de iur. fis.* † *in contrarium tamen uidetur casus in c. filij. de haere. li. vj. qui uidetur uelle, quòd soli filij, uel haeredes poßint in crimine haeresis admitti: tum quia interest filiorum, ne memoria defuncti damnetur: item interest haeredum propter confiscationem bonorum: sed ad istum tex. respondet* Albe. *in rub.* C. *de haere. in ult. col. & dicit, quòd licet illae personae, quarum magis interest, primò admittantur: argumen. l. si plures. ff. de accu. tamen eis deficientibus, alijs non est denegata defensio:* Et *per hoc solum uidetur confundi id, quod dicunt mod. in d. c. ueniens. q. xviij. quia debent haeredes ipsius defuncti posse constituere procuratorem.* Quia *si admittuntur procuratores in subsidium, uidetur quòd donec extant filij, uel haeredes, ipsi debeant causam prosequi: attento maximè, quia hic agitur de causa maximi praeiudicij: & sic de infamando ipsum defunctum, & de confiscatione omnium bonorum.* Non *est tamen à communi opinione recedendũ, quae efficacius probatur in extrauag. ad repri. in uerbo, Legitimè: qui tex. nõ cauillando literam probat, quòd etiam in uita proditoris potest interuenire procurator. quicquid dicat* Bartol.
132 † *quia in his criminibus, in quibus damnatur memoria*

defuncti,

defuncti, sunt multa alia specialia: patet in l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. ubi in his criminibus, testes regulariter inhabiles admitti solent: facit l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta.

Tertia datur limitatio, ut ista conclusio non procedat secundùm Ang. & Imol. hic, † ubi proponitur accusatio 133
pro re familiari: ut in casu l. sed & hæ. §. j. ff. de procura. ubi libertus accusatur ut ingratus per procuratorem. Et ratio est secundùm Bar. hic in ij. opposi. quia agitur ibi de commodo pecuniario, & per hoc confunditur id, quod dicit Ang. hic: quòd ubi agitur de seruitute ex parte rei, non potest interuenire procurator: † quia seruitus æquiparatur 134
morti: quia licet æquiparetur morti, tamen secundùm Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. in repe. col. iiij. causa seruitutis est pecuniaria: & perinde est, ac si quis peteret unum bouem, uel unum asinum: & ideò talis causa potest delegari, l. iandudum. C. ubi cau. fis. Sed tu considera, † quæ poßit esse ratio l. j. C. de asser. tol. ubi si exi- 135
stens in possessione seruitutis, proclamat in libertatem: tunc ex parte ipsius non admittitur procurator: & tamen existens in possessione libertatis, si petatur per aliquem pronunciari seruus, pro illo potest interuenire procurator. Saly. in l. j. de asser. tol. respondet, quòd ille qui de possessione seruitutis prouocat, in libertatem, non potest per procuratorem agere: ex quo in tali causa liberali uertitur periculum status, & personæ: sed etiã econtrario agi uidetur de periculo status, & personæ: & tamen prouocatus de possessione libertatis in seruitutem, potest per procuratorem respõdere: & ideò cogita, quia infrà clarè resoluam. † Quartò declaratur ista conclusio, secun- 136
dùm Ang. hic post Bart. in iiij. colum. ut non procedat in domino, qui admittitur ad defendendum seruum pro suo

interesse:

intereſſe: & eadem ratione pater pro filio, & abbas pro
137 monacho, & ciuitas pro ciue: arg. l. de iure. ad muni. † &
uxor pro marito, ut tradit plenè Barb. in apoſt. ad Barto.
infrà in iiij. col. Sed tu aduerte: quia uidetur quòd iſtud
ſit ſpeciale in ſeruo, qui regulariter non habet legitimam
perſonam ſtandi in iudicio: & qui poteſt non ſolùm à do=
mino, ſed etiam à quocunq; defendi: d. l. ſi non defendatur.
& l. ij. de exhi. re. & ideò gloſ. in l. ſeruus. ff. de ſta. ho.
138 dicit, † quòd dominus comparet ad adminiſtrandum ipſi
ſeruo probationes, non autē ad ſuſcipiendum in ſe telam
iudiciariam: iudicium tamen agitur cum ipſo ſeruo, qui
debet de uinculis deduci ad omnia acta agitanda: quod
probari uidetur in l. ij. in fin. C. de accu. Sed iſta ſolutio
nimium reſtringit text. in d. l. ſi non defendatur. quia ui=
detur uelle, quòd dominus admittatur plenariè ad defen=
dēdum ſeruū: & ſi ſolùm admitteretur pro ſuo intereſſe,
139 † limitatio iſta non eſſet de regula, contra text. in l. nam
quod. de penu leg. Et ideò conſidera: quòd ideò dominus
admittitur, quia ex quo ſua ueriſimiliter intereſſe poteſt,
140 ne ſeruū perdat: † ideò ſolet euocari: iuxta l. nam ita Di=
uus. ff. de adop. alias ſententia non præiudicaret ipſi do=
mino: & licet compareat pro intereſſe pecuniario: nega=
ri tamen non poteſt, quin defendat ipſum ſeruum: & hæc
limitatio eſt de regula. Et iſtud eſt clarum in omni man=
dato: nam dominus, pro quo alius promiſit de iudicio ſiſti
ſub pœna, non euitat pœnam comparendo per procura=
141 torem †: Et tamen fideiuſſor, qui fideiuſſit de iudicio ſi=
ſti, poteſt eum defendere quoad hoc, ut euitet pœnam.
Et primò eſt caſus in l. j. in prin. ff. ſi quis cau. Secundò
in l. ſi eum. §. j. ff. eod. Quinto declaratur iſta conclu=
ſio, ſecundùm Ang. hic in uer. Octauo fallit in cauſa Vni=
uerſitatis,

uersitatis, quæ potest comparere per procuratorem: & sic intelligitur text. in l. tam collatores. §. ut autem. ibi, Super criminalibus, seu ciuilibus causis: & ex publ. causis descendentibus. iuncto uer. quoq; ibi, Milites, uel syndici litigãtes. C. de re mil. li. xij. & ita tradit hîc Ang. per illũ tex. in iij. col. in uer. Octauo fallit. & Imo. in xiij. col. in uersi. Octauo. & hoc de plano procedit, ubi Vniuersitas accusatur: quia põt cõparere syndicus nomine Vniuersitatis. Sed maior est difficultas: an syndicus poßit accusare nomine Vniuersitatis syndicario nomine. Dy. tenuit quòd non, secundùm Barto. in l. ij. suprà eod. Sed tu considera: quia ista limitatio, cum qua omnes transeunt, non uidetur uera: quia ubi Vniuersitas delinquit, eidem imponitur pœna pecuniaria: licet si priuatus delinquat, ei imponatur pœna corporalis: arg. l. quintæ. C. de decur. li. x. & l. fi. C. de nauicul. & l. aliud. § refert. de reg. iur. & traditur in c. graui. de sen. exc. † Et hoc modo ista fallentia non est 142
de regula. Aut uerò Vniuersitas cõmittit delictum enormißimum: utputa, hæresim, uel idolatriam: & isto casu esset aratro exterminanda, ut de Cartagine loquitur tex. in l. si ususfructus ciuitatis. ff. qui. mod. ususfr. ami. Et tunc poßet procedere ista limitatio: quia talis pœna, quæ imponitur, est pœna capitalis: ubi uerò committeret homicidium, tunc si apparerent promotores ipsi: pœna homicidij afficiendi forent: ar. tex. in l. capitaliũ. § solent. de pœ. Et isto casu non deberent comparere per procuratorem in his casibus: ergo in casibus in quibus ipsi Vniuersitati imponitur pœna pecuniaria, non potest cadere ista limitatio: & ideò uide omnino Ioan. de Platea, in d. § ut autem omnifariam. Sextò declaratur hæc conclusio secundùm Ange. & Imo. hîc: ut non procedat in casu c. tuæ.

143 de procura. † ubi in crimine adulterij quis comparet per procuratorem. Sed haec limitatio non uidetur adaptari ad regulam huiusce § qui loquitur, ubi agitur criminaliter pro crimine publico: & in illo text. agebatur ciuiliter, prout agi potest, pro quolibet crimine tam publico, quàm priuato: ut glos. & Bart. dicunt in l. qui nomine. ff. ad l. Corne. de falsis. Glos. tamen sing. in l. infamen. infrà eod. quam ibi sequuntur Bar. & Imo. uoluit, quòd ubi agitur ciuiliter pro crimine publico, quis notetur infamia: ut dicam infrà latè. Septimò limitatur ista conclusio secun-
144 dùm Feli. in c. meminimus. de accu. ut nõ procedat † quando quis uult dicere sententiam criminalem nullam: quia ad hoc dicendum, procurator constitui potest. Octauo
145 limitatur, † ubi quis uult dicere inquisitionem fuisse ineptè formatam, uel calumniosam: quia ad hoc proponendum non prohibetur constitui procurator: ut Bald. dicit in consil. cvj. incip. Verba accusationis. uol. j. quem sequitur Hippo. in d. § sequitur. in vj. col. in uer. Item teneatur menti. Nona datur limitatio: ut non procedat, ubi quis
146 uult constituere procuratorem, † ad opponendum exceptiones impedientes processum: puta, quòd libellus inquisitionis non procedit: uel quòd iudex non potest inquirere: uel quòd procurator est inhabilis ad accusandum: ut est de mente Barto. hìc col. antepe. in uer. quaero. & concordantes: refert Alexan. in consil. cxxxviij. in iij. col. uol. vj. Sed haec limitatio, & duae praecedentes, non uidentur de regula, quae prohibet procuratorem constitui ad persequendum crimen publici iudicij: & dicere sententiam nullam, uel inquisitionem ineptam, aut calumniosam, non est persequi crimen publici iudicij: nisi dicas quòd sufficit quòd fallentia sit de genere regulae: ut probari uide-

tur

tur in l.nummis.ff.de in lit.iur.ubi Iaſ. † *Decima cadit* 147
limitatio:ut non procedat in perſonis illuſtribus:quia hæ perſonæ poſſunt comparere per procuratorem:ut eſt caſus in l.fin.C.de iniur.& tradit Hippo.in d.§.ſequitur. in vj.col.Sed hæc limitatio etiam non ſubſiſtit:quia regula text.noſtri loquitur in crimine publico.lex uerò fi. C. de iniu.loquitur in crimine iniuriarum, quod eſt crimen priuatum,ut in d.l.fi.in prin per quem text.cõfunditur id, quod dicit Imo.hic:qui intelligebat illum text. in crimine iniuriarum,quod eſt publicũ:ut ponitur in terminis l.pe. C.de famo.lib.& illum text.hoc modo intelligebat Alberi.in l.ſeruum quoq;.§.publicè.ff.de procura. Niſi dicas, ut ſtatim dixi,quòd uidetur,quòd talis fallentia,ſit ſaltem de corpore regulæ generalis : quæ habet, quòd in criminalibus,ubi agitur de pœna corporali,nõ admittitur procurator. *Vndecimò limitatur iſta regula :* † *ubi extaret* 148
ſtatutum,quòd contumax habeatur pro confeſſo:quia tunc in iudicio criminali procurator conſtitui poteſt : ut plenè ſcribit Corne.in conſil.xvij.incip.Moris eſt, uol.iij.

Duodecimò declaratur:ut non procedat, † *ubi abſens* 149
uirtute ſtatuti condemnari poßit:quia tunc poteſt admitti procurator.ſecundùm Hippo.in d.§ ſequitur.de quo uidebimus infrà ſecundùm ordinem Bart. & tradit plenè Corne.Peruſi.in conſil.cxxij.in ij.col.& in uer. & inſuper.uolu.iiij. *Decimatertia cadit limitatio:ut iſte text. non procedat,* † *ubi procurator in criminalibus fuit ad-* 150
miſſus,& nihil fuit ei oppoſitum,nec per partes, nec per iudicem:quia tunc ualet proceſſus,ut uoluit Spec.in titu. de procura.§.j.uer.ſed pone. & tradunt Canoniſtæ in c. j.de iud.lib.vj.& hoc tenet Albe.de Roſate,in d.l.ſeruum quoq;.§.publicè.in ix.col.de procu.& dicit ibi Bald.in vj.

col.in uer.modò quæro.quòd ita communiter tenetur: & secundùm Imo.hic,col.xx.ita seruatur in pratica: & hanc opinionem ueriorem dicit Feli.in d.c.meminimus. & uidetur text.pro hac opinione in l.quamuis C.de adul.ubi quidam uiator accusauerat uxorem de adulterio: & causa fuit agitata per procuratorem tempore sententiæ: uxor coniuncta allegabat contra processum exceptionem procuratoriam.Dicitur ibi,quòd illa exceptio non procedit, imò accusator debet condemnari.De hac tamen limitatione uidebimus infrà secundùm ordinem Bart.qui ad finem istius §.hanc limitationem tangit: & plenè disputabo eam. Decimaquarta datur limitatio, ne ista conclusio
151 procedat in casu singulari: † qui tempore meo euenit Papiæ,in persona magnifici do.Ioan.Aloysij Lunati,cuius illustri familiæ multum debeo: nam præfatus do.Ioan. Aloysius, fuit accusatus de quodam crimine publico, & erat bannitus ab inclyta ciuitate Papiæ,propter aliud delictum: fuit dubitatum,ex quo non poterat tutè comparere ex eo quia erat bannitus, an pro eo esset admittendus magnificus do.Pan.de Lunate procuratorio, & defensorio nomine ipsius domini Ioan.Aloysij? & do.Ias.in consil.cxliiij.in iiij.uolu.consuluit quòd sic. Sed ego credo quòd non bene consuluerit: quòd posset admitti ut procurator,qui posset prodesse,& nocere ipsi reo accusato: sed bene potuit comparere ut prodesset, ut colligitur ex dictis Corn.in consil.cxxij.col.ij.in uer.& insuper.uolu. iiij. Decimaquinta cadit limitatio ad istam regulam,
152 † ut non procedat ubi delictum commissum esset impunibile: quia tunc pro reo accusato, uel inquisito, posset interuenire procurator.ita uoluit Bart.in l.ubi pactum. in pen.col.C.de transact.& fuit originalis doctri,Rycar. Malumb.

Malumb.in l.filiusfamiliâs.in §.ueterani.ff.de procura. & idem uoluit Bart.*in consil.suo c.incip.*A *domino* Cy*no de* Bononia:& Cæpo.*in caut.sua* lxviij.*incip.* In *causa criminali.& concordantes refert* Hippo.*in singu.suo* cclxij.*incip.*Capies *unum.& in consil.suo xc.col.iiij.& in consil.xxiiij. col. pe.* Decimosextò *limitatur secundùm* Ias.*in l.ij.col.iij.C.qui testa. fac. pos.ut non procedat in inclyto,& splendidißimo* Ducatu Mediolani, *ubi adest decretum,† quòd si accusatus,uel inquisitus sit con-* 153 *tumax,habeatur pro confeßo & conuicto : quia tali casu poterit interuenire quilibet,etiam penitus extraneus, ad ostendendum,& demonstrandum innocentiam inquisiti, seu accusati : etiam si statutum dicat, quòd reus debeat se primò personaliter in carceribus ponere: & hoc firmat etiam do.*Barth.Cæp.*in consil.xx.incip. quidam dum esset potestas.in iij.col.in uer.quinto casu.& in consil.xlj. incip.licet inuitus.col. iiij. & in consil.lj. incip.* Si *curia magnifici.& facit id quod singulariter dixit* Are.*in consil.cxlvij.incip.*Visa *consultatione.col.iij. & concordantes refert* Hipp.*in consil.xc.col.vj.& de hoc infrà latè dicam.* Decimoseptimò *declaratur,& limitatur regula text.nostri : † ubi procurator solùm petit admitti testes* 154 *deponentes super innocentia rei:ut uoluit* Bart.*in l.j.§.si quis ultimo.ff.de quæstionibus.& subtilitatum princeps,* do.Fran.de Aret.*in consil.cxlvij.ubi dicit,quòd iudex ad defensionẽ rei,etiam contra eius ueram, & spontaneam confeßionem, ex officio debet recipere testes:multò magis debet eos recipere,ubi producuntur à procuratore:& concordantes refert* Hipp.*consil.xxxix.col.v.uol.j. & in consil.xxxiiij.col.iiij.*Sed *pro ueritate istæ non sunt limitationes ad huiusce modi §.quicquid dicat* Hipp.*in consi-*

lijs præallegatis. Quia regula tex. nostri loquitur de procuratore, qui nō potest admitti in crimine publico: nec ad crimen publicū persequēdū, ut poßit prodesse, & nocere reo inquisito: sed in aliquibus ex casibus suprà dictis, licet admittatur procurator, solùm admittitur quantùm ad hūc effectum, ut ipsi reo prodesse poßit: non autem ut poßit ei nocere. & sic in se suscipere omnem tutelam iudicij. Veritas tamen dependet ab intellectu Barto. in l. seruum quoq;. §. publicè. de procura. qui uoluit, quòd in his casibus, in quibus absens potest damnari, non poßit admitti ut procurator, sed ut defensor, & protector ipsius rei, qui solùm poßit prodesse, & non obesse ipsi reo: dicam infrà plenißimè. Decimooctauò limitatur ista conclusio: ut
155 non procedat in tali casu singulari: † pone quòd uulneratus uelit comparere pro ipso inquisito, contra quem fuit formata inquisitio de uulnere illato in personam ipsius comparentis. Nam isto casu dicendum est, quòd poßit: ita dixit singulariter Hippo. in consil. suo xvij. col. ulti. & facit pro ista limitatione id quod singulariter dixit Bald. in l. j. in ulti. col. C. communia de leg. ubi dicit, quòd exculpatio ipsius uulnerati, prodest ipsi inculpato, seu inquisito, ut torqueri non poßit, ex indicijs contra eum existentibus: quod dictum sequitur Feli. in c. pen. ad fin. de præsumpt. & in c. literas. col. v. eod. tit. de quibus plenè
156 dicam infrà. † Decimononò declaratur hæc conclusio: ut non procedat in eo, qui uult allegare causam causæ: quæ patet ex actis, & quæ causa est notoria: ita Inn. in c. ueniens. de accu. & idem sentit in c. per tuas. de testib. & in c. ex insinuatione. imò uult quòd admittatur etiam sine mandato, & sine satisdatione: etiam si sit minor, uel sit mulier: & Inn. c. sequitur hic Imol. col. xxvij.

circa

circa med.in uerſi.Sed certè.ſi bene ponderetur: imò uidetur uelle, quòd talis allegatio fieri poßit,dato quòd inferatur præiudicium ipſi reo inquiſito, ſeu accuſato.

Vigeſimò limitatur iſta regula: ut nō procedat,† quādo plures ſunt accuſati de eodem crimine: quia unus poteſt eſſe procurator alterius, ſecundùm Albe. in l.ſeruum quoq;.§.publicè.col.vj.in uer.Item eſt caſus ſatis not. ff. de procura.allegans text.in c.cùm dilecti.de do.& contu. & in c.interrogatum.ij.q.iiij. Sed ego dubito de hac limitatione: quia rationes, quæ prohibent procuratorem conſtitui,militant etiam in caſu iſto:non eſt tamen ab opinione Alberici recedendum. Vigeſimoprimò declaratur iſta concluſio:ut non procedat de iure canonico,† ubi in crimine proceditur per uiam inquiſitionis: quia hoc caſu, poteſt conſtitui procurator, ſecundùm Hoſtien. in ſumma,de procuratorib.§.& in qua re.& not.per gloſ. in cap.noſtram.in uerbo, Vtebatur.extrà,de procurat.§. publicè, colum.vj. Sed ego credo,quòd in his caſibus, in quibus inquiſitio ſuccedit loco accuſationis, ſicut non admittitur procurator in cauſa accuſationis: ita non debet admitti in cauſa inquiſitionis.Nec ſatisfacit ratio Alber. quòd ideò eſt,quia ubi agitur per uiam inquiſitionis,uel denunciationis,de iure canonico,non imponitur pœna ſanguinis,c.ſententiam.ne cleri.uel mona.quia licet non imponatur pœna ſanguinis:ſolent tamen iudices eccleſiaſtici,facta declaratione contra eum delinquentem,illum tradere curiæ ſeculari:quæ ſolet pœnam ſanguinis imponere, non uiſo proceſſu agitato coram iudice eccleſiaſtico, c.j.ubi Doct.de offic.ordin. Et ideo Do.Anto.de But. in c.inquiſitionis.in princ.de accuſa. intelligit hanc limitationem procedere,ubi inquiritur contra aliquem, non ad

157

158

naturalem pœnam delicti: sed ad interesse publicum: scilicet, ne criminosus aliquid indignè teneat: & ita etiam sentit Bal. in l. reos. C. de accusa. Vigesimosecundò declaratur ista conclusio: ut non procedat, † ubi procurator
159 constituitur ad concludendum in causa: quia tunc potest in causa criminali interuenire: ita uoluit Bald. in l. seruum quoq;. § publicè. ff de procura. allegat text. in l. quamuis indubitati. C. de adulte. Et ratio est secundùm Bald. quia renunciatio probationum, & sic conclusio in causa, non dicitur esse de actis litis, sed de actis ipsius iudicij: & si
160 quispiam subtiliter diceret, † quòd in criminalibus, nō potest probationibus renunciari: ut not. in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. replicari potest, quòd imò potest rènunciare, ubi quis dicit, se non habere aliam defensionem. Sed ego dubito de hac limitatione: quando esset talis casus, quòd sententia non posset ferri contra absentem: quia uidetur quòd isto casu non posit constitui procurator ad concludendum in causa. Veritas dependet ab intellectu illius regulæ, quæ habet, quòd quis in criminalibus non potest renunciare suis defensionibus: de qua regula plenè scribit Ias. in d. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. & xxxviij. limitationes ponunt moder. repetentes in d. c. ueniens. car. pen. ad hunc text. licet ferè nullam ex prædictis ponant, nec uiderint. Quatuor cautelas ad eludendam dispositionem huius §. ponit Cæpola cau. celij. & xlv. & cvij. & tradit etiam Hippolytus. in § sequitur, in sua practica. & inter cæteras est ista cautela: quòd statim quòd aliquis cōmisit aliquod delictum, si eum mittas ad partes remotißimas: & compareat aliquis excusator, qui dicat eum abesse in longinquis partibus, & afferat probationes in promptu: quæ si non admittantur à iudice, proces-
sus

sus erit nullus, secundùm Bart. in extrauagan. ad reprimendum.in uerbo,neglexerit.de quo & infrà dicam.

NOTO *secundò ex hoc text.* † *quòd ad allegandum causam absentiæ:bene admittitur procurator : quæ allegatio operatur hunc effectum, ut sententia annotationis bonorum differatur, secundùm Angel. hîc intelligentem hunc text.in sententia annotationis bonorum:& si dicatur prout dicit Imol.hîc in ij. col.quòd iste text. potest etiam intelligi de sententia,quæ fertur super crimine capitali, quæ in certis casibus potest etiam ferri in absentem,l.lege Cornelia.§.constitutum.ff. ad l.Corn.de sica. & in l.ne diu.C.de pœnis.& in crimine lesæ maiest.replicari potest,* † *quòd unus solus casus reperitur de iure Digestorum:uidelicet in d.§.constitutum.Nec est uerosimile quòd iurisc͠osultus restrinxerit se ad illum casum: & ideò necessario debet intelligi text.noster de sententia annotationis bonorum:& maximè,quia si aliter diceremus, huic §. expreßè contradiceret text. in l.seruum quoq;.§.publicè.ff.de procura. Sed iuxta istud notabile, aliquæ breues dubitationes discutiendæ sunt. Prima est dubitatio,an admittatur tam masculus, quàm fœmina, ad allegandum causas absentiæ. Et uidetur dicendum quòd sic: per text.in d.§. publicè. ibi, A quibuscunq; defendi:* † *quæ uerba innuunt.quòd ad allegandum causam absentiæ,admittatur nedum masculus: sed etiam fœmina : imò uidetur quòd admittatur infamis,secundùm Bald.hîc per d.§.publicè.& idem tenet Imol.hîc in xvj.col. circa med. Et si quispiam subtiliter diceret:aduerte quòd text.in d. §.publicè.dum dicit,A quibuscunq;:debet exponi,scilicet idoneis:iuxta glos.in l.j.C.de sac.sanc.ecc.attento maximè,quòd infamis à iudicio repellitur,l.quod prohibet. ff.*

161 162 163

de postulan. Nam replicari potest, quòd illæ duæ regulæ limitantur in casu nostro: ubi quis uenit ad allegandum causas facti necessarij pro absente: & facit text. in arg. in l. non solùm. § fin. de procura. & in l. exigendi. C. eod. tit. & ratio colligitur, licet Imo. hic non dicat: quia agitur de publico interesse: ut dicitur in d. § publicè. & ista conclusio de plano procedit: ubi quis uenit ad allegandum causam absentiæ facti: utputa, quia accusatus est infirmus: uel quòd iuit Bisantium: uel quòd est in carcerem coniectus in tali loco, ut hic per Imol. col. xvij. Secunda ca-
164 dit dubitatio: an isti, † qui admittuntur ad allegandum causam facti, & absentiæ: teneantur satisdare de iudicato soluendo, uel de præsentando ipsum absentem coram iudice. & Alberi. de ros. in d. § publicè. in v. col. concludit quòd non: quia hoc nulla lege cauetur, post Do. Tho. de Formaginis: attento maximè, quia in similibus causis graue est inuenire fideiussorē: ar. tex. in § fi. in aut. de deposi. & denun. colla. vj. Et subdit Albe. quòd ista opinio communiter tenetur. Imo. hic, in xv. col. in uer. circa secūdum, dicit, quòd admittitur sine cautione de rato: sed Alber. dicit, quòd communiter tenetur, quòd nullam præstet cautionem: allegat Dyn. in l. qui bona. §. qui dāna. ff. de dam. infect. & ratio colligitur, secundùm Dec. in l. in eo. §. ne-
165 mo. de reg. iur. † Quia iudex ex suo officio, tenetur defendere, & quærere innocentiam ipsius rei, l. si non defendatur. ff. de pœnis. ergo longè magis debet admittere aliū eius innocentiam excusantem. Facit etiam alia ratio: quia etiam ubi lata est sententia, si detegatur innocentia rei, pœna irrogari non solet: ergo ne frustrà sententietur, debet quispiam admitti ad allegandum causas absentiæ. Sed tu considera: quia his rationibus attentis, non solùm

deberet

deberet admitti quis ad allegandum causas absentiæ: sed dici potest quòd satis est, quòd huiuscemodi rationes concludant: quòd allegans causas absentiæ, non debet grauari onere satisdationis: tu autem considera aliquos casus.

Primus casus est: ubi quis allegat causam absentiæ, in causa ciuili: † *& secundùm* Pau.de Ca. Fulg. *&* Alex. 166
in l. filiusfamiliâs. ff. qui satisd. cog. nam uidetur quòd allegans causas absentiæ, tenetur satisdare de Iudicio sisti: Imo. Ias. in rub. in ius uoc. ut eant, uidetur uelle quòd allegans causas absentiæ, saltem teneatur cauere de præsentando ipsum absentem ipsi Prætori. Quod iudicio meo uidetur contra mentem communiter Scribentiũ hic: & in d. §. publicè. Fulg. in d. l. filiusfamiliâs. uult, q. saltem teneatur præstare cautionem de Iudicio sisti. Sed mihi uidetur, q. uerior, & crebrior sit opinio, quòd non teneatur, cauere nec de iudicato soluendo, nec de Iudicio sisti: † *quia cautio de iudicato soluẽdo, nõ potest cadere in cri-* 167
minalibus: sum tamen huiusce opinionis, q. teneatur cauere, quòd dolus malus aberit: quæ clausula includitur in cautione de iudicato soluendo, l. iudicatum soluitur, ff. iud. sol. Est uerum, quòd ubi aliquis admittitur ad defendendum reum accusatum, uel inquisitum, pro suo interesse: ut, quãdo pater, uel dominus, aut Abbas, petunt se admitti ad defendendùm filium, seruum, uel monachum: nam si est talis casus, in quo isti absentes dãnari possunt: quòd in hoc casu uidetur præstanda cautio de præsentando hos delinquentes infortiato Prætori. Aut uerò sumus in casu, in quo absens non potest damnari: & talis cautio nõ uidetur præstanda: ut uult Cæpol. cautela xcvj. incip. Titius uulnerauit. Tertia cadit dubitatio, † *an ille, qui habet* 168
plenum mandatum, ad defendendum, & allegandum causas

sas causæ, poßit allegare causas absentiæ: & Iac. de Rauen. Pet. de Bella per. & Alber. de ros. in d. §. publicè. tenent quòd sic: & idem tenet Imo. hic, post Do. de Rot. deci. cxiij. Et secundùm istos uidetur esse casus in c. ueniens. de accu. ubi procurator, licet esset constitutus ad causam criminalem, tamen fuit auditus ad allegandum causas absentiæ: & hoc esset magis clarum, si procurator haberet mandatum ad causam defendendam, seu prosequendam: prout communiter consueuit dari mandatum: iuxta illud quod dicitur in c. cedens. & in c. mandati. de procurato. Attento maximè, quia ille qui allegat causas absentiæ, uidetur defendere: & hanc sententiam sequitur D. Mar. de Senis, referendo Imol. hic formaliter in d. c. ueniens. colum. xxxviij. in uersic. sed iuxta prædicta quæro. Sed aduertæ: quia huic sententiæ ob. text. in l. maritus. de procura. ubi maritus habens mandatum ad unam rem, non potest de alia re se intromittere: nisi dicas, quòd in casu nostro, nisi admitteretur talis procurator ad allegandum causas absentiæ, non mediocrè præiudicium ipsi reo inferretur: & ideò quis dando mandatum ad allegandum causas causæ, uidetur augere potestatem allegandi causas absentiæ:
169 *† quo casu inducta ad augendum, non debent operari diminutionem, l. cùm tale. §. fin. ff. de condi. & demon. Sed huiuscemodi ratio non uidetur tuta: quia ea attenta in casu d. l. maritus. non deberet ipse maritus repelli quoad causas, quas poterat agitare uti maritus, & quinta persona: nisi dicas quòd hic concurrit fauor publicus, qui suadet*
170 *absentes debere defendi: † & ideò non uidetur absurdum, quòd ille qui ut procurator admitti non potest, admittatur ut defensor: argu. l. non solùm. §. fin. de procur.*
171 *Quarta cadit dubitatio: † an ille qui admittitur ad allegandum*

allegandum causas absentiæ, teneatur saltem iurare de calumnia, iurando quòd non animo calumniãdi causas ipsas allegat: & uideretur quòd non: tum quia semel tantùm iuratur de calũnia, l.ij.C.de iur.cal.tum etiam quia tale iuramentum præstatur lit.contest. Contrarium tenet Alberi.in d.l.seruum quoq;.§.publicè.col.v.in uer.quærit præfatus Guil.de procur. ubi dicit, quòd sicut quando quis petit sibi caueri de damno infecto, tenetur iurare quòd non petit calumniæ causa: eadem ratione ille qui dicit, accusatum uel inquisitum esse absentem, calumniæ causa tenetur iurare, quòd hoc non dicit calumniæ causa: & dicit Alber.in aut.hoc sacramentum. quòd istud est magis iuramentum malitiæ, quàm calumniæ. Quinta cadit dubitatio, † an quilibet poßit allegare absentiam minoris 17 accusati, uel inquisiti: an uerò solus curator, uel tutor sit admittendus: & Alber.in d.§.publicè. in v.col.in uer.sed nunquid.tenet, quòd defensio spectet ad tutorem ipsum, uel curatorem, per l.fin.§.defensionem.& ideò alius non potest allegare causas absentiæ. Ego autem arbitror opinionẽ Alberici esse ueram in plena defensione: sed credo quòd quilibet poßit allegare causas absentiæ, propter generalitatem d.§.publicè. qui generaliter loquitur. Et lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi: l.j.§.quod autem.ff.de aleato. attento maximè, quòd lex lata fauore publico, interpretatione est adiuuanda, l.hoc ita. in fin.ff.de condi.& demon. Arbitror tamen, quòd si tutores ipsi, uel curatores uellent admitti: ipsi essent præferendi: & si uera esset ratio Alber. sequeretur, quòd si accusatus, uel inquisitus haberet procuratores, alij allegantes causas absentiæ non essent admittendi: quod non est dicendum. Sexta cadit dubitatio: pone quòd infra terminum

minum citationis statutum reo accusato, uel inquisito ad comparendum, compareat excusator allegans causas ab=
173 sentiæ: & iudex † non obstante tali allegatione, procedat ad ulteriora: an processus sit nullus? Et Bar. in extrauagā. ad reprimen. in uerbo, Neglexerit. dicit, quòd si excusator obtulit se causas ipsas incontinenti probaturum, & iudex contempserit, processus est nullus, & uidetur stare per eum quominus certus fiat: secùs tamen si causas ipsas se probaturum non obtulisset: allegat text. in c. interpositas.
174 de app. Sed ego dubito de opinione Bart. † quia text. in d. c. interposita. iudicio meo probat contrarium: ibi enim solùm dicitur, quòd si quispiam opponit exceptionem legitimam, & illam incontinenti se probaturum offerat: nam si iudex illam non admittat, & pars appellat: ita repulsio exceptionis iuncta appellationi operatur, quòd nō est necesse probare ueritatem ipsius exceptionis: & ideò reuocantur ibi per uiam Attentati: sed si ibi non esset appellatum, ille text. innuit quòd ualeret processus. Et si quispiam diceret, aduerte, quia secundùm Do. Ioan. And. & Do. Abba. in d. c. interposita. oblatio probationis habet iustificare appellationem quoad hoc tantùm, ut causa appellationis ad superiorem deuoluatur, & Attentata reuocentur: tamen talis exceptio debet probari, ut probatur in c. ex parte. (adde ibi But. & Imol.) de testibus. Replicari potest: quòd licet ueritas exceptionis debeat iustificari, ut Decius scribit, in d. c. interposita. col. iij. in uer. quintò: satis tamen est, quòd in illo text. non probetur opinio Bart. quòd processus sit nullus: de hoc tamen passu latiùs dicam, secundùm ordinem Bart. Octaua tamen cadit dubitatio: pone quòd iste, qui allegauit causas
175 absentiæ, obtulit se illas incōtinenti probaturum, † iudex

tamen

tamen non admisit huiuscemodi probationes in promptu oblatas, sed ad ulteriora processit. Dic quòd isto casu nõ uidetur, quòd processus sit nullus: quia debuit appellare, iuxta illud. Si grauaris appella. Sed dato quòd fuerit appellatum, ex quo pro iudice præsumitur, iuxta l. Herennius. §. Caio. de euictio. & l. ij. C. de offi. ciuil. iud. propter hoc non iustificatur appellatio. Ratio, quia considerata præsumptione, quam habet, iudex pro se potuit ueros similiter existimare talem exceptionem calumniosam: de quo etiam quidpiam infrà subijciam, & autoritates addam.

Circa glos. in uerbo, Ad crimen. & dicta Barto. † su- 176 per ea, colligitur, quòd etiam in crimine priuato ubi uenit imponenda pœna corporis afflictiua, procurator ad hoc crimen prosequendum constitui non potest: & hæc positio triplici ratione probatur. Et primò per locum à speciali: iuxta l. j. ad fin. ff. ad municipales. & l. ius singulare. de legib. Speciale equidem est in persona illustri: ut in crimine iniuriarum possit per procuratorem ipsum crimen prosequi, l fin. §. literæ. & §. ita tamen. C. de iniur. Secundò probatur in l j. ff. an per alium causæ appell. in quo text. nulla fit differentia, inter crimen publicum, & priuatum: sed solùm principaliter consideratur, an pœna, quæ imponitur, sit capitalis, an uerò pecuniaria. Tertiò quia ita in priuatis delictis imponitur pœna talionis, seu similitudinis supplicij, sicut in publicis: ut est casus in l. in priuatis. ff. ad Senatusconsultum Turpil. & in l. fin. ff. de furt. & hæc opinio, ut hic dicit Benedict. Plumbinius, col. ij. & Imol. in eadem col. communiter recipitur: & idẽ tenet Alber. Rosatius Pergameñ. in d. §. publicè. col. vij. quæ etiam alijs iuribus suffulta uidetur. Et primò per legem finalem, §. fin. ubi Sena. uel clariss. ibi, siue crimen publicum,

blicum, siue priuatum sit, per procuratorem exerceri non potest: & est clarior text. in l. unica. §. pen. C. ut omnes tam ciui. quàm crimi. nam in prin. d. l. loquitur de furto, quod est crimen priuatũ: & tamen in fine, in uer. accusationem. dicit, accusationem institutam contra ipsum officialem, finito officio, debet ipse Officialis per se prosequi: & ista iura ponderat de Alb. Rosat. in l. seruum quoq;. §. publicè. col. vij. ff. de procura. est uerum, quòd Ang. hic, ut suprà dixi, fuit in hac opinione: quòd in crimine publico non fiat distinctio, an imponatur pœna pecuniaria, uel corporis afflictiua: & pro hac opinione facit iste text. dum præsupponit, quòd poßit ferri sententia in absentem: & tamen prohibetur constitui procurator: & restringe istum text. prout facit Ang. & Imol. hic in ij. col. ut loquatur de sententia annotationis bonorum: est magna restrictio: quia appellatione sententiæ, intelligitur de sententia diffinitiua: ut tradunt Bart. & communiter moder. in rubr. de re iudic. Text. ergo in d. §. publicè. generaliter uult, quòd ubi potest ferri sententia in absentem, ibi poßit quilibet admitti ad allegandum causas innocentiæ: nam ille text. necessariò uidetur intelligendus in criminibus priuatis: attento maximè, ut suprà dixi, quia omnia iura uidentur loqui in criminibus publicis: & si quis uellet tenere hanc opinionem, posset respondere ad

177 obiecta: † Et primò ad text. in l. fin. C. de iniur. quòd ille text. habet alium intellectum: Pro fundamento considerandum est, quòd personæ illustres, non possunt per se litigare, sed per procuratorem: aliàs sententia pro eis lata non habet effectum, & iudex punitur pœna xx. librarum auri: ut probatur in l. quicunq;. C. de procura. moder. in l. fin. C. de iniu. Dico quòd est speciale in persona illustri,

ut in

ut in crimine iniuriarum liceat ei agere per procuratorem: ubi aliàs non liceret per d.l.quicunq;,& ita illum text.nouiter intelligunt repetentes,in d.c.ueniens. in xj. col.& sic illa l.continet specialitatem in hoc, quòd ubi aliàs persona illustris non potest causam ciuilem agere de per se,potest tamen causam iniuriarum criminalem agere per procuratorē:& hoc est quod dicit Imperator:ibi,Licere autem procuratori. qui uoluit dicere, quòd licet in causa ciuili,non liceat illustri agere per procuratorem, nec etiam in causa criminali,ut in hoc tex.dicitur: est tamen licitum ipsi illustri in causa iniuriarum, ubi agitur criminaliter: quia talis causa non est multùm grauis, in qua debeat prohiberi constitutio procuratoris,& si quispiam subtiliter diceret,quòd iste intellectus uidetur contra illum text.in princ.in uersi. Ita tamen ut nullus alius idem sibi audeat uendicare, uel à nostro numine postulare:quia ad hoc respondent moder.Senenses in d.c.ueniens. col.xxviij.quòd hoc alteri non conceditur ex iure speciali: sed ex iure communi:uel quòd nulli alij conceditur in crimine iniuriarum : scilicet, quòd poßit causam per procuratorem simpliciter agere:sed in alijs simpliciter mos iudiciorum seruandus est. Sed iste intellectus non uidetur tutus : † quia text.in l.quicunq;.non solùm loquitur in 178
illis tribus,sed etiam in spectabilibus:ut patet per aut ibi positam:quæ restringit d.l.quicunq;. ad illustres, & ad eos qui supra eam dignitatem sunt:& ideò illa uerba,Licere autem.ueniunt ad determinationem illorum, Ita tamen ut nullus alius sibi uendicare liceat.Ibi nescio uidere rationem, quare magis concedatur specialiter illustri, ut ei liceat constituere procuratorem in crimine iniuriarum potius,quàm in alijs criminibus: cùm ipsa crimina iniu-

riarum non sint grauiora: & tamen ille text. restringit se ad crimen iniuriarum tantum: & ideo non uidetur recedendum ab opinione communi, quæ expressè probatur in d.l.iij.C.ubi Senato.uel clariss. Nec huic sententiæ obstat l.ij.C.de procu.quia ille text. debet declarari, & distingui per alia iura, iuxta tex.in l.Seio quæsitum.ff.de testi. & in l.nam & posteriores.ff.de legi.& in c.cùm expediat.de elec.in vj. Secunda colligitur conclusio ex hac
179 glos. † quòd ubi pro crimine uenit imponenda pœna relegationis, per quam quis priuatur à loco unde relegatur: siue talis pœna ueniat imponenda ex crimine publico, siue ex crimine priuato: in tali crimine potest interuenire procurator. Idem in pœna remotionis ab ordine, quæ censetur minor relegatione: ut glos. dicit in l.ij. ff. de iniur. ibi, Si arte aliqua, uel loco interdicatur: iuxta l.moris.§. sunt & aliæ.ff.de pœnis: & idem tenuit gl.in l.seruum quoq;.§.publicè.de procura.& in l.absentem. ff. de pœnis.& in l.j.ff.an per alium cau.ap. & idem tenent Glo. iuris canonici: ut patet in c.ueniens.in uersi. Item si crimen.& in c.siquando.ij.q.vj.& secundùm Bart. hic hanc opinionem tenent Iaco.de Aren. Odoffred. Iaco.Butrig. Guil.de Cuneo, & ferè omnes: Et dicit Bart. hic in iij.col. quòd ita iudicaret: & subdit in iij.colum.in uer. Quæro. quòd ita teneret consulendo, quia hoc seruat consuetudo: & idem tenet Bald.in l.reos. C.de accu. ubi miratur de tenentibus contrariam opinionem: & dicit Do. Abb.in c.ueniens.de accu.quòd pro ista opinione est consulendum, & iudicandum: quam etiam tenuerunt Ioan.Andr. & Hosti.in d.c.ueniens.& Federicus de Senis, in consilio xciiij. quem referunt repetentes in d.c.ueniens.col. xx.& idem tenet Do.Benedictus Plumbinius hic, in vj. col. &
Imol.

Imo.in iij.col.qui hanc dicit esse communem: idem tenet Alber.in d.§.publicè.colum.iij. quæ opinio ex pluribus capitibus fundatur.Primò in l.absentem.ff.de pœnis.iuncto d.§.publicè.Nam in l.absentem.dicitur,quòd in causa relegationis,potest ferri sententia in absentem:& in d.§. publicè.dicitur, quòd ubi absens potest damnari, ibi potest constitui procurator:& per ista duo iura,dicit Bald. in d.l.reos.quòd hæc opinio est uera:& contraria est falsa. † Secundò pro ista opinione,stringit text.in l.j.ff. 180
an per alium cau.app.inducendo clarè ut hic per Benedictum Plumbinium.col.vij.in uer.Non obstat l.j.Et considerandum est secundùm eum,quòd ille tex.in prin. ponit,an admittatur procurator in causa ciuili:& dicit quòd sic.Secundò,an admittatur in causa criminali pœnam capitalem ingerente:& concludit quòd non. Et licet Iac.de Are.hic in iij. col. intelligat illum text. strictè de pœna capitali,quæ ingerit pœnam mortis,uel sanguinis:uersic. Verò.sed si ea intelligatur de pœna capitali,per quam libertas,uel ciuitas amittitur:& quæ continet pœnam damnationis in metallum,& deportationis:tamen uidetur secundùm Do. Benedict. quòd ille text. poßit intelligi in prin.de pœna capitali largè;de qua in l.ij.suprà eod. & in l.ij.ff.de pœnis.uer.Verò.sed in ea loquitur in alia pœna,quæ imponitur usq; ad relegationem,quæ tamen est maior relegatione:& sic dictio, Vsq;, ibi stat exclusiuè: & est sensus, quòd in ea causa, in qua imponitur pœna corporis afflictiua,non potest agi per alium usq; ad relegationem.Tertiò facit pro ista opinione: † nam magna 181
est differentia inter relegationem, & deportationem: ut probatur per glos.in §.relegati.instit.quib.mod. ius pat. pot.sol.Et ultra eam est notandum, quòd deportatio re-

182 *quirit formam actualem : † ut ipse deportatus per ministros conducatur ad locum:l.ferri.ff.de uerbo.signi.sed relegatio requirit solam formam uerbalem,ut relegatus per seipsum uadat:ut probatur in l.relegatorum.§. his qui.de interd.& relega.* Contrariam tamen sententiam, quòd *non poßit interuenire procurator, tenuerunt* Vltramon*tani:uidelicet* Iac.*de* Rauena,Pet.*& pleriq; alij:quos citat* Cyn.*in d.l.reos.*Et *tenentes hanc opinionem,respon-*
183 *dent primò,secundùm* Bar.*hic,ad l.absentem:† quod ibi, & in §.publicè.non admittitur ut procurator:sed ut quilibet qui habeat prodesse accusato reo,non autem obesse.* Q*uæ responsio,ut* Imol.*hic dicit,ex uerbis uniuersalibus illius tex.confundi uidetur:patet dum tex.subdit,* Q*uemuis pro ipso reo,uerba fauentem reo : quæ oratio cùm sumatur ex nniuerso,uerificari uidetur in quolibet particulari.l.si is qui.§. utrum.de reb.dub.facit uulgaris regula, l.à procuratore.ff.mand.& c.solita.de maio.& obe.* Et *uidetur absurdum,quòd quis poßit procuratorem constituere,qui secundùm* Bald.*&* Angel.*reo prodesse,& non obesse poßit.* Co*nstitutio enim talis procuratoris inepta censetur:ut* Imol.*dicit in c.constitutus.de procura.& facit tex.c.relegata.ij.q.j.* Mi*hi placet responsio* Bart. *q, in illo tex.illa uerba restringantur ad quęcunq; defendētem sine mandato,ut siue maior,siue minor sit : siue masculus,*
184 *siue fœmina,admittēdus sit.†Sicut enim iudex ex officio, parte non petente,tenetur absentes defendere.l.si nō defendatur.de pœn.per locum à paritate rationis,debet etiam admittere quemlibet ad excusandum innocentem absentem.* Nec Bar.*fuit ita supinus,quin intelligeret quòd procurator constitui non poßit,ut tantùm prodesse, & non nocere poßit.* Si *uelles tamen tueri opinionem cōtrariam,*

pondera

pōdera tex.in §. publicè. dū dicit in primo, Nā iustum est à quibuscūq; defendi: & posteà subditur, Nā & in capitalibus iudicijs defensio datur: uel, à quibuscūq;: ergo ille tex. debet intelligi de defensione plena: & pondera distinctionē: quòd nō tantùm in nō capitali, sed etiā in capitali, ubi absens cōdēnaretur, procedit. Nō ob. tex. in d. l. j. ff. † an per aliū causæ. quia cōsiderandū est, q; nisi ibi dictio, 185 *Vsq;, intelligeretur inclusiuè: illi: uersi. Et si ea causa sit, superfluus redderetur: dicitur enim, ut dixi in principio. Sed si ipsa causa non sit pecuniaria sed capitalis, per procuratorem agi non licet: sed illa dicitur propriè capitalis, quæ adimit uitam, libertatem, uel ciuitatem: l. ij. de pœnis. & l. capitalium. eod. titu. & l. ij. suprà eod. Dum ergo posteà dicitur, Sed & si ea causa sit, ex qua solet sequi pœna, usq; ad relegationem, non oportet per aliū eas agi. Sed replicari potest: quòd text. loquatur de pœna capitali, iuxta d. l. ij. ff. eod. & non de pœna capitali strictè. iuxta l. transigere. C. de transact. tamen ille uersi. Sed & si ea causa sit: non redditur superfluus: sed imò ex ipso uersi. ampliatur id, quod dicitur in pœna deportationis, & damnationis ad aliam causam maiorem ipsa relegatione: ut quando uenit imponenda pœna corporis afflictiua: ut in d. l. ij. in fi. ff. eo. & l. in seruorum. in fin. ff. de pœnis. & in l. fi. ff. de iniu. & ita sentit Imol. hîc. Sed tu considera: † quia uidetur quòd imò illa dictio, Vsq; ad* 186 *relegationem, stet inclusiuè: sicut stat in l. absentem. ff. de pœnis. quia inter unum casum, & alium ratio diuersitatis dari non potest: attento maximè, quia mens Iurisconsulti in d. l. j. uidetur esse, solum facere differentiam inter causam pecuniariam, & corporalem: & prohibet constitutionem procuratoris tantùm in causa corporali: ut pa-*

tet in uer.planè.Si tamen pecuniaria est,quæ dictio planè, aduersatur uer.præcedenti. Tota igitur difficultas præsentis quæstionis stat in hoc nostro text.& in l. fi. C.de

187 iniu. Et considerandum est,† quòd relegatio connumerari uidetur inter publica iudicia:sed in hoc §.ponitur regula generalis:q; procurator,ad publica iudicia prosequēda non interuenit:ergo nec in causa relegationis,quæ cōnumeratur inter publica iudicia:suadetur in fi.istius §.ubi præsupponitur,quòd dato quòd in publicis iudicijs poßit ferri sententia contra absentem: tamen in his procurator constitui non potest: ergo nec in causa relegationis. Sed ad hunc tex.dum dicit,Et si iustam rationem habent,sententiam differunt: respondet Ange. quòd loquitur iste text.de sententia annotationis bonorum: & hanc responsionem sequitur Imol.hic,col.v.Sed replicari potest,q; appellatione sentētiæ,debet intelligi de propria:l.iiij.§.condemnatum.& l.quod iußit.de re iudic. Quia secundùm

188 Bartol.& Angel.de Aret.in l.ij.ff.de appellatio. † sententia annotationis bonorum non dicitur propriè sententia:nisi dicas, quòd subiecta materia hoc patitur, ut hic appellatione sententiæ,intelligatur de sententia annotationis bonorum:ex quo regula generalis est, quòd ubi in absentem ferri potest sententia, ibi procurator constitui potest:d.§.publicè. & si quispiam non insubtiliter diceret, Aduerte,quia ista consequentia non uidetur tuta:nō potest ferri sententia in absentem, ergo in ea causa non potest interuenire procurator.Patet,nam in causa appellationis non requiritur litis contest.& sic sententia ferri potest in absentem: & tamen in tali causa non potest in criminalibus procurator constitui : d.l.j.ff. an per alium causæ.Sed dic breuiter,quòd quicquid sit in causa ciuili,

l.fi.§.

l.fr. §.illud.C.de tempo. app. † in criminali, etiam in cau- 189
sa appellationis nõ potest ferri sentẽtia contra absentem,
l.absentẽ.C.de acc.& l.absentem.ff.de pœnis.& uidetur
esse casus in d.l.j.in fin.ibi, Sed ipsum eodem auditorio.
Circa l.fin.C.de iniu.multùm se torquent Imo. & Guil.
Plumbinilis hic:& moder.in d.c.ueniens.†nam pro cri- 190
mine iniuriarum,pœna relegationis imponi potest: l.fin.
de iniu.& tamen uidetur speciale in personis illustribus,
ut in crimine iniuriarum procurator constituatur: ergò
arguendo per locum à speciali,in contrarium uidetur ius
commune:l.j.in fin.ff.ad municip. & l.ius singulare.ff.
de legibus.Ad hunc text.dantur plures responsiones.Pri-
ma fuit Guil.de Cuneo:quòd pro crimine iniuriarum nõ
solùm pœna relegationis,sed etiã corporis afflictiua im-
poni potest:& ideò propter dubiũ regulariter procura-
tor repellitur:†Sed est speciale in persona illustri.Sed ista 191
prima responsio nõ uidetur tuta,secũdùm Imo.hic col.v.
quia persona illustris,non potest affici pœna corporis af-
flictiua:sed solùm pœna relegatiõis:cùm ergo sit speciale
in persona illustri,quæ sola pœna relegationis affici põt,
datur intelligi,q regulariter in crimine iniuriarũ,in quo
pœna relegationis imponi potest,procurator admittitur.
Alia datur solutio ad illũ tex.secũdùm Cy.ibi,quẽ sequitur
hic Ang.licet eum non citet:q licet regulariter, ubi agi-
tur de pœna relegationis imponenda, ex quocunq; alio
crimine,poßit interuenire procurator. Fallit tamen in
crimine iniuriarum:ubi licet de sola pœna relegationis
agatur,non potest tamen interuenire procurator:sed so-
lùm illustribus concedi uidetur,ut in hoc crimine procu-
ratores constituere ualeant.Sed ista solutio secũdùm Imo.
non est tuta:& considerandum est,quòd quoad potesta-

tem constituendi procuratorem in criminalibus, non debet spectari qualitas criminis: sed qualitas pœnæ inferendæ ex ipso crimine: ut probari uidetur in d.l.j. quando per alium cau. app. Cùm ergo non poßit dari ratio diuersitatis, quare magis debeat permitti procurator in alijs delictis, ubi agitur de pœna relegationis, quàm in crimine iniuriarum: uidetur idem ius statuendum. Et hac etiam impugnatione utuntur moder. in d. c. ueniens. col. xxij. Sed tu considera, si ratio specialitatis colligi poßit ex his, quæ scribit Vlpian. in l. Prætor edixit. de iniur. dum dicit, quòd in crimine iniuriarũ nõ debet agens illa actione, cum discrimine alienæ æstimationis uagari: & ob hoc in casu isto uidetur prohiberi constitutio procuratoris. Tertia datur solutio, secundùm Ricar. de Saliceto, quòd specialitas,
192 *d.l. fin. consistit in hac: † quia personæ illustres, sola pœna relegationis affici debent: & ob hoc in necessariã consequentiam eis tantummodò licet procuratores constituere. Sed hæc solutio non placet Imol. nec modernis repetentibus, in c. ueniens. qui uerba Imol. formaliter referunt: nam regulariter humiliores homines, & non alij, fustibus, & hisce generibus pœnarum, subijciuntur: l. capitalium. §. non solent. & l. generaliter. & l. mores. §. istæ ferè. ff. de pœnis. ergo id quod erat statutum in persona illustri, fuisset quoq; statuendum in homine uitæ honestæ, & bonis moribus imbutæ. Ex alio ultra istos non uidetur tuta consideratio Do. Ricar. quia hoc modo circa personas illustres, cõcurrerent duo specialia. Primùm, quòd sola pœna deportationis afficiendi forent: & tamen pœna iniuriarum, cùm sit arbitraria, potest extendi usq; ad mortem: l. seculari. §. sunt quidam. ff. de extraord. cri. Secundum esset, quòd in hoc crimine posset interuenire*

procura

procurator: nisi dicas, tuendo hanc opinionem quòd ex quo magis constat certitudinariè, quòd persona illustris, fustibus, & tormentis non est afficienda: sed sola pœna deportationis plectenda est: lex tolerat, quòd ad huiusce= modi crimen persequendum, procurator interuenire pos= sit: & hæc duo specialia, ex quo unum in consequentiam alterius uenit, concurrere possunt: ut Bar. dicit in l. si sub conditione. de solu. Quarta datur solutio ad illum tex. secundùm Salicetum quòd ubi dubitatur, quænam pœna debeat imponi: ut est uidere in hoc crimine iniuriarum, in quo iudici datur arbitriũ imponẽdi pœnam, inspectis cir= cunstãtijs loci, tẽporis, & personæ. ut habetur in §. atrox. instit. de iniur. & d. l. Prætor ait. §. atrocem. eo. tit. & ad istud crimen persequendum non admittitur procurator. Fallit tamen in persona illustri, in qua posset esse, quòd illustris inferret iniuriam illustri: quo casu imponenda fo= ret pœna corporis afflictiua: posset etiam esse, quòd non constaret ipsum esse illustrem. Sed replicari posset, secun dùm Imol. † quòd licet illustris afficiat illustrem iniuria: 193
non tamen pœna corporis afflictiua afficiendus erit, d. l. fi. de iniu. item in d. l. fi. C. eo. præsupponitur notoriè con= stare, quòd personæ illæ erant illustres: & sic quòd erant in insulam relegandi: & tamen uidetur speciale in illo text. & hæc impugnatio suadetur alia ratione ultra alios: quia ille tex. in principio loquitur, nedũ in illustribus ad= ministrantibus, & habentibus cingulũ: sed etiam in illu= stribus honorarijs codicillis decoratis: adeò quòd non po= terat uerosimiliter hæsitari, de quibus illustribus Impe= rator senserit: prout alibi dubitatur in l. si § uiros. C. ubi Sena. uel clariss. Quinta datur solutio: † quòd ille tex. 194
loquitur in iniuria, pro qua poterat imponi pœna capita=

lis:de qua in l.pe.C.de famo.lib. uel pœna deportationis: aut crimine iniuriarum, quod ex lege Cornelia proficiscitur: iuxta l.iij.§.fin.ff.ad l.Cor.de sica.& l.antep. ff. de iniu.nam in hisce criminibus, ubi maior pœna relegatione imponenda est, non potest constitui procurator regulariter: sed cōceditur specialiter illustribus, ut ad tale crimen prosequendum, licet agatur de pœna capitali, possit dari procurator. Sed hæc solutio non placet mod. tum quia diuinat: tum etiam quia uidetur contra d.l. quæ generaliter, & indistinctè loquitur: ergo debet generaliter & indistinctè intelligi, dato quòd in uno casu sit maior ratio, quàm in altero. Sed replicari potest: quòd non est absurdum, ut iura iuribus concordentur, & ut una lex per alteram distinguatur: glos.in l.sciendum.qui satisd.cog.

Vltima datur solutio: per repetentes, in d.c.ueniens. &

195 considerandum est, † quòd personæ illustres prohibentur per se litigare: sed debent litigare per procuratorē: l.quicunq;.C.de procura.& §.j.in aut.ut ab illustr. &

196 qui supra eos sunt. † Speciale tamen est in persona illustri: ut in crimine iniuriarum poßit constitui procurator, in qua potest agi & ciuiliter, & criminaliter: licet secùs sit in alijs criminibus: ut in hoc §. Et ratio est: quia non potest illustribus imponi pœna corporis afflictiua: licet ergo regulariter non poßint illustres agere de per se in causa ciuili, sed cogantur constituere procuratorem: tamen in hac causa iniuriarum possunt constituere procuratorē: & ideò Imperator ibi utitur uerbo licere: & uidetur sensus, quòd licet aliàs illustri non liceat per se litigare in causa ciuili: licet tamen in hac causa, quæ est mixta: Item, licet in causa merè criminali non liceat procuratorem constituere: ut in hoc §. tamen licitum est in cau-

sa

sa iniuriarum. Sed iste intellectus ex triplici capite non uidetur tutus. Primò, ut sentiunt ipsimet repetentes: quia text. in fin. uniuersaliter dicit, ita tamen ut nullus alius sibi audeat hoc uendicare. Nec *est tuta responsio: quòd hoc alteri non conceditur à iure speciali, sed simpliciter à iure communi quando uenit imponenda pœna, usq; ad relegationem: quia text. uniuersaliter dicit, ita tamen ut nullus alius sibi audeat hoc uendicare: ergo non debet restringi ut intelligatur, ubi uenit imponenda pœna relegationis tantum: quandoquidem pro iniuria, ut suprà dixi, poßit imponi pœna usq; ad mortem.* Non *est etiam tuta alia solutio, dum dicitur: quòd nulli alij hoc conceditur in crimine iniuriarum: scilicet quòd simpliciter poßint causam agere per procuratorem: sed quoad inferiores illustrium, ut ibi dicitur, mos iudiciorum, qui hactenus obtinuit, in posterum obseruandus sit.* Et *uidetur sensus: quòd ubi sumus certi de pœna, quòd tunc admittatur procurator: secùs ubi sumus incerti.* Sed *credo quòd illa uerba, habeant alium sensum: uidelicet, quòd si pro crimine iniuriarum agatur ciuiliter, admittatur procurator: secùs si criminaliter.* Sed *hoc sit speciale in persona illustri: ergo ius commune est in contrarium.* Ex *alio etiam non uidetur tuta consideratio istorum, quæ fuit glos. in d. l. fin. in uer. per procuratorem.* C. *ubi Sena. uel clariss. † quia non potest* 197 *dari ratio diuersitatis, quare magis liceat eis constituere procuratorem in crimine iniuriarum, quàm in alijs priuatis criminibus, in quibus non licet: nisi sit crimen publicum priuatiuè: ut patet in d. l. si* C. *ubi Sena. uel cla.* Item *si l. fin.* C. *de iniur. ueniret ad interpretationem l. quicunq;.* C. *de procura. non solùm intelligeretur in illustribus: sed etiam in spectabilibus, & clarißimis: quandoquidem in*

hisce

hisce personis loquatur d.l.quicunq;.Et lex interpretans, debet intelligi secundùm terminos legis interpretatæ: est uerum,quòd hodiè solùm possunt illustres,& superillustres agere per procuratorem.auten.quod ius.C.de procu.Item l.fi.non potest uenire quouismodo ad limitationem d.l.quicunq;. quandoquidem l.quicunq;. loquitur in uxoribus,& liberis dictarum personarum illustrium. Ex alio etiam non potest considerari aliqua specialitas in illo text.quia uult unum, quod est contra regulas iuris communis:quòd ipse illustris,non autem procurator debeat condemnari:si uelles ergo tueri communem sententiam: poteris tenere intellectum Rycar.de Sali.suprà relatum. Sed in puncto iuris uerior uidetur opinio Vltramontanorum:in quam etiam inclinat Barto.hic: & primò per text.in l.ij.suprà de procura. à contrario sensu,ibi, cùm appellationes pecuniariæ per procuratorem exerceri possint:nec dicatur,ut dicit Sali.quòd ibi,& in l.fin.fit mentio de causa pecuniaria ad differentiam causæ capitalis, strictè sumptæ:quia latinè loquendo,omnis causa æstimationis,capitalis dicitur,l.hos accusare.§.omnibus.de accu. quæ propriè loquitur de relegatione:nisi dicas tuendo cõmunem: quòd relegatio,& quælibet alia æstimatio impropriè, pertinet ad capitis periculum: ut est casus in l. capitalium.uer.cæteræ pœnæ.ff.de pœnis. Sed ille text.
198 *contra communem sententiam retorqueri potest: † quandoquidem æquiparatur pœna ictus fustiũ,relegationi:sed ubi agitur de pœna corporis afflictiua,non potest interuenire procurator.Sed dic, quòd ibi illa æquiparatio,fit secundùm quid,non autem simpliciter. Secundò contra communem stringit iste tex.qui generaliter dicit,quòd ad crimen publicum persequendum,procurator constitui nõ potest.*

potest. Sed crimen publici iudicij est duplex: quoddam capitale, & quoddam non capitale, l.ij. suprà eod. † Sed 199
procurator ibi remouetur à genere, & sic à quolibet crimine publici iudicij: ergo censetur remoueri à qualibet eius specie: ergo non poterit interuenire in casu ubi agitur de pœna relegationis. Sed replicari potest, secundùm Salice. in d.l. reos. quòd illa regula, Vbi remouetur genus, censetur remota quælibet eius species: habet locum, ubi ratio remotionis generis, militat etiam in specie: & sic quando genus remouetur ratione indifferenti: sed ubi agitur de pœna relegationis, absens potest damnari: ergo debet posse comparere per procuratorem. Sed ista ratio, ut suprà dixi, non est tuta: quia stat simul, quòd absens poßit condemnari: & tamen non poßit comparere per procuratorem. Alio modo respōdet Sali. quòd ratio prohibitiua constitutionis procuratoris, quæ militat ubi agitur de pœna capitali strictè sumpta: id est, ne per procuratorem aliquod grande præiudicium fiat domino, cessat ubi agitur de pœna relegationis: sed attenta ratione Sali. sequeretur, quòd in crimine l. Iuliæ. de annona, & de ambitu in quo pœna pecuniaria imponitur: posset interuenire procurator contra generalitatem huiusce §. Veritas dependet ab his, quæ Barto. hîc dicit in v. col. uer. Quæro extra glos. an ubi pro publico iudicio imponitur pœna pecuniaria, habeat locum § noster. Et ibi reseruo dicendum: non est tamen recedendum à communi sententia, pro qua facit pulchra ratio: † nam interuentus pro- 200
curatoris ad necessariam defensionem, regulariter est permissus: cùm ergo non censeantur prohibiti procuratores in causa relegationis, debent censeri permißi. Et suadetur hæc communis opinio quia ubi tractatur de odio, di-

ctio Vsq;, stat exclusiuè: sed cùm esset odiosum, non posse
201 constituere procuratorem in causa relegationis, † debemus intelligere text. in l. j. quòd stet exclusiuè: iuxta not. per Sali. & alios, in auten. quod ius. C. de procura. uerè tamen d. l. j. an per alium cau. multùm stringit contra communem subtiliter inducendo: nam ibi in ij. responso principali dicitur, quòd in causis capitalibus, usq; ad relegationem non interuenit procurator: in iij. uerò respõso subijcitur, quòd in causis criminalibus, ubi agitur de pœna pecuniaria, procurator constitui potest: sed si dictio Vsq;, staret exclusiuè ad ij. responsum. tertius casus, in quo erat maior dubitatio, quòd in causa criminali, pro qua imponitur pœna pecuniaria, remaneret indecisus, saltem expreßè: & casus minus dubius expreßè decideretur: uidetur ergo quòd dictio Vsq;, ibi stet inclusiuè, secundùm eius propriam naturam: retenta tamen hac conclusione, quòd in causa relegationis, poßit constitui procurator: discutiendæ sunt aliquæ necessariæ dubitationes. Prima erit
202 dubitatio, quam tangit hic Fran. de Rampo. & Bal. † an ubi in relegatione aßignatur certus locus, ita quòd non poßit in alio loco moram trahere: sed teneatur morari in illo lõco: an in tali causa constitui poßit procurator? Et concludunt quòd non cõmunis enim opinio secũdùm istos, procedit, ubi quis relegatur ut poßit ubiq; morari, dummodò non trahat moram hic Paduæ, uel Venetijs, uel in alio certo loco. Nam in hac relegatione ferri potest sen-
203 tentia in absentem, & procurator constitui: secùs tamen est secundùm eos, ubi fieret relegatio ad certum locum: iuxta l. relegatorum. de inter. & relega. ita quòd relegatus ab illo loco recedere non posset, & aliò proficisci: & isto casu non poterit interuenire procurator, qui negari

non potest, quin agatur hic de pœna corporis relegati afflictiua: ergo non poterit ferri sententia in absentē, nec constitui procurator, ut probatur in d.l. relegatorum. in fi. principij. ubi dicitur, quòd ubi quis relegatur in certam insulam, antè, quàm aßignetur insula: talis relegatus militi tradendus est. ergo talis relegatio uidetur habere instar deportationis: & maximè ubi fit in perpetuum. Suadetur hæc opinio per locum à paritate rationis: nam ratio, quare non poßit ferri sententia in absentem, in criminalibus, est illa: quia non posset in eum fieri executio: quæ ratio concludit etiam in eo, qui in certum locum relegandus uenit. Imol. hic dicit, quòd non esset malum tenere hanc opinionem: & idem dicunt moder. Seneñ. in d.c. ueniens. qui nihil addendo referunt ut plurimum, uerba formalia Imol. Contrarium tenēt communiter Scribentes: † ob id, q relegati omnia sua iura retinent: & sic nec ciuitatem, nec bona perdunt: siue ad certum, siue ad incertum locum relegentur: & ideò in relegato secundùm Imol. poterit fieri executio in bonis: quæ executio non cadit in deportato: qui & bona, & ciuitatem perdit. Et si dicatur, quòd imò poterit fieri executio cum comminatione, quòd damnabitur in metallum: replicari potest, secundùm Imol. quòd sicut non timuit deportationem, non timebit etiam damnationem in metallum: secus in relegato, qui bona non perdit. Item nō tenet consequentia. secundùm Imol. non potest fieri executio sententiæ: ergo non debet posse ferri sententia contra absentem: nam condemnatur ille qui nihil habet: quia speratur quòd poßit peruenire ad pinguiorem fortunam, l. si defunctus. C. arb. tute. Item condemnatur aliquis actione personali, qui non habet nec bona mobilia, nec immobilia in loco: sed attenta 203

ratione

204 *ratione* Imolæ, † *ex quo deportatus non amittit ea quæ sunt iurisgentium: quia potest contrahere, & in futurum acquirere, deberet posse absens condemnari: facit l. si man dauero. §. is cuius. ff. mand.* Et ideò *considera, quòd licet relegatio poßit fieri in certam insulam: tamen principalis intentio relegantis est, remouere ipsum relegatum à loco, in quo moram trahebat: ut probari uidetur in d. l. relegatorum. §. interdicere ibi,* Vnde *eueniebat, ut qui relegatus esset ab ea prouincia: ut in §. his qui relegantur: ibi,* Excedereq́; *debet intra eum diem: ergo uidetur quòd intentio relegantis, spectari debeat.* Sed *replicari potest: quòd illa iura procedunt, ubi quis remouetur à loco domicilij, & originis, ita quòd illa solùm prouincia eidem interdicta censeatur: secùs tamen uidetur, ubi quis in certam insulam relegatur, ut eidem ab ea recedere non liceat: nisi dicas quòd hoc non consideratur, quia id quod principaliter agitur, spectari debet, l. si quis nec causam. ff. si cer.*
205 *pet.* † Non *ob. text. in d. l. relegatorum. ibi militi tradendus est: quia ibi illud admittitur post latam sententiã, non ante, ne sententia sit elusoria: nam ex forma sententiæ ibi debebat stare relegationi in certam insulam: & ideò cùm iudex non haberet insulam sub se: debet expectari donec aßignetur à* Principe: *interim ergo non debet uagari: & ideò militi traditur quoad insula aßignetur: sicut aliâs contingit in simili, in l. legatum. suprà de usufruct. leg. & l. legatum. cum ibi not. de admi. rerum ad ciui. pertinenti.*
206 Item *uidemus aliâs,* † *quòd quando suspenditur executio sententiæ, in aliqua re, ex aliqua causa: fit illius rei sequestratio & depositio: ut l. ab executione. C. quomodò app. non reci. quæ alle. ut l. j. C. de prohib. sequest.* Non *est mirum ergo si id contingit in casu isto.* Item *non est*

bona

bona argumentatio Franc.de Aret. arguere de deportatione ad relegationem: † nam deportatio requirit formam actualem, ut ipse deportatus per ministros conducatur ad locum, & ad insulam: l.ferri. de uerb. signi. sed relegatio requirit solam formam uerbalem: scilicet, ut per seipsum relegatus cum relegatione uadat: ut d.§.his qui. & ideò prima requirit præsentiam: secunda non, sicut uidemus in degradatione uerbali, & actuali: in c.ij. extrà, de pœnis, lib.vj. & hoc not. Imol. & in c.ueritatis. de do. & contu. & c.qualiter & quando. & D. Innoc. in c. ij. de sen.excom. & ad hoc accedat quod not. in l.ij.§.ignominiæ. de his, qui not. infa. cogita. Secunda cadit dubitatio secundùm Bart. hic: † an in causa appellationis ubi imponitur pœna maior relegatione, poßit talis causa per procuratorem agitari? Et Barto. hic dicit, quòd non admittatur procurator, licet sententia in causa appellationis in absentem ferri poßit, l.fina.§.illud. C. de appellationibus. Sed non uidetur uerum, † quòd in causa appellationis ubi agitur de crimine, ferri poßit sententia in absentem: ut probatur in d.l.prima. ibi, Sed ipsum adesse auditorio. ff. an per alium cau. appellat. agi poßit: & uidetur casus in l.absentem. ff. de pœnis. & in l.absentem. C. de accusationib. Item præsupposito, ut Barto. dicit, quòd in causa appellationis posset procedi contra absentem. nam ex quo sententia, quæ fuit lata in causa principali: statim traxit secum executionem, quoad ea quæ sunt iuris: & hoc casu faciliùs potest in causa appellationis procedi contra absentem. Sed replicari potest secundùm Imol. hic, † quòd per appellationem statim fuit extinctum pronunciatum, l.j. in fin. ad Turpillia. Hinc est, quòd si feratur sententia in causa ap-

207, 208, 209, 210

pellationis, agitur ex secunda sententia, non autem ex prima; l.si quis priore. in princip. ad Trebellia. & l. furti. in princip. de his qui not. infa. & cum hac opinione etiam transit Do. Marti. de Senis, in c. ueniens. colum. xxv. referendo Imol. hic formaliter. Sed tu considera: nam in casu l.j. ff. an per alium, præsupponitur, quòd fuit lata sententia in causa principali: ergo fuit lata in præsentem: aliâs non ualuisset, l.si accusatoribus. C. de accusa. Cùm ergo cõdemnatus esset in carceribus detentus: si admittitur procurator, uidetur procurator præsentis. Sed dato quòd in causa appellationis posset ferri in causa cri-
211 minali contra absentem: † istud inducitur in odium contumacis, & absentis: sed non debet induci in eius fauorem: arg. l. non solum. ff. de noxa. nisi dicas ad duas rationes. Et primò ad primam: quòd potest esse quòd condemnatus non retinebitur in carceribus: quia retineri solet ob inopiam idonei fideiussoris: l. eos. §. super his. C. de app. Secundæ rationi respondetur, quòd ex quo in absentem potest ferri sententia, regulariter potest interuenire procurator: non uidetur absurdum, quòd in consequẽtiam odij ueniat fauor: arg. l. cùm ex oratione, de excus. tut. & ita in simili arguit Bald. in l. quod fauore. in vij. opp. C. de legib. cogita. Tertia cadit dubitatio: tu uidisti quòd in causa iniuriarum, licet sit priuatum delictum, possunt illustres, procuratores constituere: dubitant modo moder.
212 in d. c. ueniens. in col. xxiiij. † an id, quòd dictum est suprà in persona illustris, procedat in Episcopis, & alijs Prælatis, ut teneantur comparere per procuratorem iuxta terminos l. quicunq;. de procura. & poßint etiam in crimine priuato iniuriarum procuratores constituere: & ipsi ualde dubitant. per text. in c. cùm olim: de testib. ubi

secundum

secundùm eos apparet, quòd Episcopus comparet per se uel per procuratorem. Sed ad istum tex. respōderi potest, quòd ille text. non probat. sed solùm dicit esse procedendum ad examen testium, si Archiepiscopus legitimè citatus per se, uel per procuratorem comparere noluerit: & hoc simili sermone utitur text. in c. fin. in uerbo, Si per se, uel per procuratorem citatus fuerit. Nec quidpiam facit text. in c. j. & fin. de postu. adductus per eos: quia ibi non dicitur quòd Episcopus possit esse procurator: sed loquuntur illa iura de alijs clericis, non autem de Episcopo: & ideò uerior uidetur opinio glos. quam ipsi corruptè adducunt in c. quia Episcopus. iij. q. iiij. quæ uult, quòd sacerdotes non debeant per se litigare, nisi sint pauperes: alleg. text. de illustri. & qui supra eos sunt: item & nonnullas alias rationes, quas formaliter recensuit idē D. Mar. quarum prima est: quia non expedit seruos Dei litigiosos esse, c. j. de simo. Secunda est, ne cogantur à diuinis obsequijs recedere: iuxta text. in l. omnes. C. de Episco. & cler. Et quia lites dant materiam delinquendi: l. properandum in princ. C. de iudic. † Et uerè pro opinio glos. uidetur casus in d. c. quia Episcopus: qui uult, quòd Episcopi, & alij sacerdotes, teneantur constituere procuratorem: excipit tamen causas publici iudicij. Ille tamen text. non solùm loquitur de Episcopis: sed de uniuersis sacerdotibus, quos nemo illustres appellat. Nec ille text. fundat se super illustri dignitate: sed quia solent constitui ad Dei laudem. Secundò aduertendum est: quia non uidentur rectè quærere repetentes: † an dispositio l. fin. & l. quicunq;. C. de iniur. habeat locum non solùm in Episcopis: sed etiā in inferioribus Prælatis: quia text. in l. quicunq;. hodiè restringitur, ut solùm procedat in illustribus & ijs, qui su-

(marginal numbers: 213 beside "Et uerè pro opinio glos. uidetur"; 214 beside "quærere repetentes")

pra eam dignitatem sunt: & ideò in solo Episcopo cadit dubitatio: quia secũdùm Ias. in l. j. ubi bis dixi, de offi. eius. est illustris, ut etiam concludit Bologn. in consil. lxxxv. in-
215 *cip. Quidam Ant. de Cast.* † *& ideò text. in c. fin. v. q. ij. uult Episcopum in scriptis debere citari, sicut illustres citantur, l. quoties. C. de digni. lib. xij. & text. in c. fin. de*
216 *re iud. lib. vj.* † *uult, quòd poßint legere sententiam per substitutum ad similitudinem illustrium: & ideò tu con-*
217 *sidera,* † *quòd aut quærimus, an dispositio l. quicunq;. de procur. habeat locum in Episcopis: & crederem quòd non: quia illustri litiganti per se imponit pœnam amissionis causæ: & ipsi iudici librarum xx. auri: & ideò illa l. non debet extendi ad Episcopum: quia nullibi probatur quòd Episcopus sit propriè, & simpliciter illustris, licet*
218 *priuilegijs illustrium potiri uideatur:* † *in his terminis loquitur text. in d. c. fin. ij. q. v. simpliciter tamen dicitur potius spectabilis, ut dicit Io. de Platea, in l. fin. C. de Decur. lib. x. cum similibus: de quibus ibi dixi in d. l. j. de offi. eius. tam in prima, quàm in secunda lectura. Aut uerò quærimus, an debeant litigare per procuratores tam ipsi, quàm alij Prælati inferiores: & in hisce casibus, in quibus si ipsi litigassent, possent distrahi à diuinis officijs: concludendum est, quòd sic, per text. in d. c. quia Episcopus. iij. q. iiij. ubi uerò non possunt distrahi à diuinis officijs: uel citantur à summo Pontifice, tunc possunt per se litigare: & in his terminis intelligantur iura adducta per moder. in d. c. ueniens. col. xxv. Si uerò quærimus, an in crimine priuato iniuriarum poßint per procuratorem litigare: & ex quo istud uidetur respicere fauorem illustriũ, tunc subdistinguendum est: aut enim prohibitio constitutionis procuratoris respicit fauorem ipsius domini tum*

ratione grauis præiudicij, tum quia etiam in arduis causis ciuilibus non cogitur quisquam agere per procuratorem: ut tradit Card. noster Alexandrinus in c. in criminalii. ij. q. v. † Si uerò respicit fauorem ipsorum illustrium, 219
ut innuit text. in d. l. fin. in uerbo Licere: concludendum uidetur, quòd illa l. fin. habeat locum in Episcopis, quia exæquantur illustribus: & istud sentit Bald. in l. fi. C. ubi Sena uel clariss. qui exemplificat illum text. in Episcopis.

Tertia colligitur conclusio ex hac gl. † quòd ubi ue- 220
nit imponenda pœna, quæ est minor relegatione: in tali causa potest interuenire procurator: utputa, quando agitur de pœna remotionis ab ordine: l. ij. infrà de iniur. uel ubi agitur de interdictione artis alicuius, iuxta l. moris. ff. de pœnis. Ideò ubi quis uenit deponendus ab ordine, uel publicis honoribus priuandus, aut simili pœna plectendus: non censetur prohibitus procuratorem constituere: ut probatur in d. l. j. §. j. uer. planè. ff. an per alium cau. ap. & in l. cognitionum. §. j. & hanc conclusionem sequuntur communiter interpretes relati per Inno. & Benedictum Plumbinium hîc, & per mod. in c. ueniens. de accu. Sed huic conclusioni obijcitur: † nam pœna depositionis 221
ab ordine, potest cadere in absentem: c. ueritatis. de dol. & contu. & tamen in casu d. c. ueniens. ubi agebatur de depositione Episcopi, quia asserebatur subiecisse Ecclesiam seruituti Principis secularis: non potest interuenire procurator. Imo. hîc respondet, quòd aliud est de iure canonico, aliud de iure ciuili: & cùm in depositione ordinis episcopalis, aut præsbyteratus, diaconatus, uel subdiaconatus, agatur de graui præiudicio: † cùm duntaxat ex 222
grauißimis criminibus quis ab ordine deponatur: ut traditur in c. j. lxxxj. dist. & in cap. Maximianus. & in c. j.

223 *xxxv.dist.non est mirum:sic in hisce causis,† ubi agitur de depositione ab ordine fienda,& sic de graui praeiudicio,non admittitur procurator:secus tamen est de iure ciuili,quo iure ordo capitur pro ordine cuiuscunq; Corporis,Vniuersitatis,uel Collegij:utputa, Doctorum, Decurionum,Lanificum,& Cerdonū:quae depositio non uidetur tam grādis:sicut illa quae fit ab ordinibus sacris:quia,*
224 *ut dicit gl.in summa,dist.xxxij.† quatuor praecipuè dicuntur ordines sacri à sanctitate,castitate, & continentia,quam inducunt:probatur in c.decernimus,xxviij.dist. non sic est, ubi agitur de remotione ab ordine alicuius Corporis,Collegij,uel Vniuersitatis:iuxta tit. de decretis ab ordine facien. & l.cognitionum. de uar. & extraord.cog.& cum ista solutione transeunt mod. simpliciter in d.c.ueniens.xiij.q.& in xxviij. col. de accu. Sed ista solutio non uidetur tuta : quia inducit differentiam*
225 *inter ius ciuile,& ius canonicū:attento maximè, † quia ubi quis prohibetur honoribus publicis fungi, uel ab aliquo ordine remouetur,fama ipsius remoti,multum leditur:& causa uitae,& famae,parificantur:l.iusta.de manumis.uin.nisi dicas,quòd ex quo de iure canonico poena depositionis non imponitur,nisi ob aliquod graue delictum: non est mirum,si talis causa per procuratorem agi non potest:facit text.in c.sicut nostris.de iureiu. Sed de iure ciuili faciliùs quis remouetur ab ordine,quàm de iure ca-*
226 *no.Non obst. quòd dixi : † quia l.iusta non procedit in hoc casu:quia ubi pro causa criminali imponitur poena pecuniaria:potest in ea interuenire procurator, licet ex tali causa sequatur infamia:d.l.j.ff.an per aliū causa app. Item ex delicto publico,ex quo quis infamatur : si pro eo imponatur confiscatio omnium bonorum:uel etiam partis*

bonorum

bonorum: potest interuenire procurator: ut dicunt mod. in d.c.ueniens.colum.iij.de accusa. † & tamen priuatio 227
omnium bonorum causæ criminali parificari uidetur: l. propter litem.ff.de excu.tut.& §.item propter litem.instit.eo.& est gl.ordi.in l.j.C.de reis postu.lib.x. Vel potest alio modo responderi ad text.in d.c.ueniens.ex regula l.qui testamento.de testa.quæ habet, † quòd in quali- 228
bet lege præsumitur, quòd termini sint habiles: cùm ergo in d.c.ueniēs.dicatur, quòd causa erit criminalis, & quòd procurator non erat admittendus: necessariò dicendum uidetur, quòd erat talis causa, ex qua non poterat constitui procurator: attento maximè, quòd id quod statuitur in hoc §.est etiam statutum de iure cano.c.in criminibus.iij.q.v.ergo non debet induci differentia inter ius canonicum, & ius ciuile: prout faciunt Imol.& mod. Sed contra huiuscemodi conclusionem obstat text.in l.capitalium.§ j.ff. de pœnis: † ubi Iurecconsultus parificat 229
pœnas respicientes æstimationem hominis, pœnis fustiū: sed in causa, † in qua tenuiores homines fustibus subijci possunt: nō potest interuenire procurator: cùm non agatur de pœna pecuniaria: ergo à paritate rationis idem uidetur dicendum, ubi agitur de remotione ab ordine: † attento quòd etiam l.cognitionum.§.minuitur. expres- 230
sè dicit, quòd minuitur æstimatio, ubi quis relegatur, uel ab ordine mouetur, uel cùm prohibetur honoribus publicis fungi, uel cùm plebeus fustibus cæditur: sicut ergo ubi agitur de ictu fustium procurator constitui non potest: ita non poterit & in alijs causis parificatis interuenire. Et si dicatur, quòd ibi fit parificatio quantùm ad hoc, ut ex dictis pœnis æstimatio minuatur: non autem quantùm ad interuentum procuratoris: replicari potest, quòd re-

gula l.Nam hoc iure.de uulg.& pup.procedit etiam, ubi datur diuersa ratio ipsorum determinabilium: ut probari uidetur in illo text.& tradit moder. Decius, in l. in testamento.C.de testa.mili.Et ideò considera: quia facilè posset defendi hæc opinio contra communem. Nam aut uolumus dicere, quòd ubi agitur de subijciendo plebeos ictibus fustium,non poßit interuenire procurator: ut dicunt mod.quia agitur de pœna corporali:quæ est maior quacunq; pœna:nam dico quòd illa regula non procedit in plebeis,ut Bart.dicit in l.j.de pœnis.Cùm ergo de iure
131 canonico uideatur decisum non cauillando literam,† quòd ubi agitur de depositione ab ordine episcopali,uel ab alio ordine,non poßit interuenire procurator: idem debemus dicere de iure ciuili:& maximè tenendo illam opinionem quòd causa relegationis per alium agitari non poßit:attento maximè,quia causa famæ,& causa uitæ æquiparantur:attento etiam,quia si d.l.j.an per alium causa appellati.includit relegationem: debet etiam includere causas similes. Retenta tamen communi conclusione, dubitari
132 potest. † Primò an causa separationis tori per procuratorem agitari poßit?& uidetur text.quòd sic, in c.tuæ. de procura.ibi,Si neceßitas postulauerit:sustineri potest: & maximè, quia ille text.facit expressam differentiam, an agatur criminaliter,& hoc casu non potest interuenire procurator:an uerò agatur ad separationem tori:& hoc casu potest interuenire procurator:ita tenet hic Ang. & Imol.& idem Imol.in d.c.tuæ.post Ioan.And.Hostien. D.Ant.& alios. Sed certè uerba text.in d.c.tuæ. ibi, Si neceßitas postulauerit:innuunt,quòd regulariter non debet admitti:sed præfati Doc. subaudiunt uerbum, maxi-
133 mè: † ut in simili dicitur in c.pastoralis.de offic.ord. & in c.

in c.quod sedes.eo.tit.Sed ista subauditio uiolat illum tex. attento maximè,† quia separatio tori est multū doloro= 234
sa:quia secundùm Bald.in d.c.tuæ.sapit exilium : exulat enim à uiro suo,& est dura sicut mors,& perditur dos: ergo non deberet admitti procurator,nisi subesset necessitas,ut text.expreßè dicit:& hoc modo in illo text.esset differentia inter agentem criminaliter,& agentem ad separationem tori:Vt primò,nullo modo esset admittendus procurator. Secundò uerò sic,ubi neceßitas subesset : ut cantat illa litera,quæ conditionaliter loquitur: † quæ 235
quidem conditio debet impleri in forma specifica,& quæ formam importat:l.Prætor ait.de colla.bonorum.nisi dicas,quòd ex quo in illo text.subijcitur ratio, quòd per procuratorem accusat:quia licet accusatio sit de crimine, tamen non est criminalis: ex qua ratione apparet, quòd necesse est,quòd subaudiatur dictio Maximè : nisi iterum dicas,quòd Papa ibi in fine uidetur decidere, quòd securiùs procedetur,si in præsentia personarum hoc fiet:cogita:quia nullus tangit circa fin.gl. dum allegat l.sed & hæ.§.j.de proc.Aduerte,quia gl.sentit,† q̃, reuocare ser= 236
uum ingratum in pristinam seruitutē sit causa minor relegatione:& tamen secundùm Bart. & Imol.hoc est falsum:quia seruitus morti comparatur:l.quod attinet.ff.de reg.iur.Dic secundùm Bart.& Imo.quòd hæc causa ex parte domini continet interesse pecuniarium applicandum parti: ut si seruus ob ingratitudinem reducatur in seruitutem.Sed secūdùm Bal.in d.l.sed & hæ.est quid mirum,quòd ibi agatur de priuando aliquem beneficio libertatis:& quòd causa non sit criminalis:imò uidetur capitalis,§.maximè.instit.de capi.dimi. Attento maximè : secundùm Inno.in c.qualiter & quando.col. ij. de accusa.

237 † *quia de iure ciuili sunt septem genera pœnarum: quarum tres sunt capitales. Prima est mors, quæ multis modis infertur: l. aut damno §. uita. ff. de pœnis. Secunda pœna est morti proxima: ubi quis damnatur in metallum, qui grauiori uinculo præmitur, si uerò in opus metalli, tunc leuiori: utraq; tamen pœna, & ciuitatem, & libertatem aufert: ubi uerò quis damnatur in misterium metallorum: si in perpetuum: & ciuitatem, & libertatem amittit: si ad tempus, solã ciuitatem, l. aut damnum. §. est pœna. cum § sequentibus. ff. de pœnis. Sed nescio uidere, quare ubi agitur de pœna damnandi aliquem in misterium metallorum: id est, ut seruiat damnatis in metallum ad tempus: talis causa non posit agi per procuratorem. Est & tertia pœna deportationis, & in opus publicum damnationis: sed resolutio est, quia in hisce pœnis non agitur de commodo pecuniario: ut dicunt Bart. & Imol. Sed adhuc non*
238 *quiescit animus: † nã de iure canonico loco pœnæ damnationis in metallum, quæ non inuenitur in canonibus imposita, solet quis uendi, uel redigi in seruitutem. De primo est casus in c. quidam clerici. lxxxj. dist. De secundo est text. in c. eas. xxxij. dist. & in c. statuimus. xj. q. j. & tamen licet hic agatur de commodo pecuniario: ista causa dicitur capitalis, nec potest agitari per procuratorem: & tamen hic agitur de seruitute. Ang. hic dicit, quòd licet ex parte accusatoris, posit interuenire procurator: tamẽ ex parte rei, qui procuratur in seruitutem, non potest: quia ex parte ipsius rei non agitur de commodo pecuniario: & idem potest dici de iure canonico, in quo pœna seruitutis imponitur. Vel meliùs dic, quòd consiacratio Ange. est contra text. in d. l. sed & hæ. qui expreßè uult, quòd sicut patronus potest accusare libertum uti ingratum*

per

per procuratorem: ita & libertus ipse potest per procuratorem respondere: & ideò tu dic, † quòd ubi quis damnatur in opus metalli: uel de iure canonico in seruitutem redigitur: talis causa non potest agitari per procuratorē: quia tendit ad uindictam publicam. Sed adhuc considera: quia contra prædicta uidetur casus in c. si quando. ij. q. vj. ubi dicitur, quòd in causa capitali: uel in causa status, non per procuratorem, sed per ipsum agendum est: idem probatur in l. j circa prin. de asser. tollen. ubi dicitur, quòd si quis prouocet aliquem in seruitutem, cessante assertoris difficultate, debet respondere per se: si uerò reperiatur in quasi possessione libertatis: tunc potest agere per procuratorem. Ergo hi duo text. uidentur contrariari his, quæ Bar. Imol. & cæteri tradunt: glos. in d. c. si quando. fatetur contrarium: quòd ubi dominus est in quasi possessione seruitutis, seruus potest per se agere: ubi uerò aliquis prouocatur ad seruitutem, & ipse est in quasi possessione libertatis, potest per procuratorem agere. † Super isto contrario laborant Salic. Odofr. & communiter antiqui, in d. l. j. C. de asser. toll. Prima datur solutio, quòd de iure antiquo ille, cui mouebatur quæstio status, poterat indistinctè agere causam per procuratorem: hodiè uerò distinguitur, an prouocatus in seruitutem, sit in quasi possessione libertatis, & etiam nunc potest: secùs tamen si non sit in quasi possessione seruitutis: quia tunc secundùm Bal. Salic. & omnes, ibi non potest. Sed ista solutio tendit ad correctionem l. non solùm. §. status allegatæ hìc in glos. ff. de procur. Secunda datur responsio per Io. & Azo. quam sequuntur ibi Odofr. & pleriq; antiqui: quòd iura in contrarium allegata loquuntur, ubi seruus litigat principaliter de peculio suo: quæ solutio confunditur ex illis iuribus.

239 240

bus. Datur tertia solutio, quòd seruus post litẽ contest. de iure Digestorũ potest cõstituere procuratorẽ: de iure uerò nouo distinguitur: aut lis non est contestata & ubi est in quasi possessione libertatis potest: aliàs secùs. Sed hæc differentia in hac materia est uerbalis: ut infrà dicemus. Ego autem arbitror posse sic dici: quòd post iura Digestorum fuit quædam media. Iuris prudentia: quòd prouocatus ad seruitutem deberet habere quendam assertorem, qui eum assereret esse liberum aduersùs dominum, eum prouocantem in seruitutem: ista autem assertio fuit sublata per Iustinianum, in d.l.j. ut hodiè debeat seruus ipse comparere personaliter: secùs si sit in quasi possessione libertatis. Ex quo infertur intellectus datus per Doc. communiter ad l. seruum quoq;. §.j. de procura. quòd ibi constituitur procurator, quia agitur de peculio & administratione aliarum rerum: in l. uerò infrà de asser. toll. agitur de periculo status & personæ. Non est uerum: quia in casu l. sed & hæ. agebatur de periculo status & personæ, & tamen constituitur procurator: & etiam confunditur illa solutio per text. in l. non solùm. §. si status. ff. eo. tit. de procura. Vel meliùs dic, quòd ex parte domini, siue ille qui prouocatus est in seruitutem, sit in quasi possessione libertatis, siue non, causa per procuratorem agi po-
241 test: † sed ex parte prouocati distinguitur eo modo, quo dicit text. in d.l.j. C. de asser. toll. Nec huic distinctioni re-
242 pugnat text. in d.l. sed & hæ. in fin. † quæ loquitur de liberto: nec etiam l. nõ solùm. §. status. quia ille §. debet declarari, & distingui per d.l.j. C. de asser. tollen. Circa
243 finem glos. dum allegat text. in l. non solùm §. fin. † ubi in causa suspecti tutoris, interuenit procurator: rationem dicit glos. quia illa pœna est minor relegatione. Sed ista

solutio

solutio secundùm Bart. Ang. Imol. & Benedictum Plumbinium, non est tuta: quia ubi ageretur, ut tutor suspectus puniretur: iuxta l. j. cum l. seq. de suspe. tut. cum simil. de quibus hîc per Bart. non posset constitui procurator: quia talis pœna esset supra relegationem: & esset quasi crimẽ publicum, l. iij. §. consequens. de susp. tut. tex. ergo ille loquitur, quando agitur ciuiliter ad commodum pupilli, ut tutor, tanquam suspectus, ab omni administratione bonorum remoueatur. Sed tu aduerte: quia non uidetur quòd possit agi principaliter ciuiliter, quin in consequentiam possit resultare effectus pœnæ criminalis: † ubi enim 244
accusatur tutor de suspecto, ut remoueatur, si appareat ipsum dolosè fuisse uersatum circa res ipsius pupilli, ad Præfectum urbis ut puniatur remitti solet: d. l. j. in fin. de susp. tut. & d. l. j. §. solent. de offic. Præfect. urb. attento maximè, quia ut dicit Bart. accusatio suspecti tutoris est quasi publica. Imol. hîc respondet, quòd ex quo principaliter agitur ut remoueatur suspectus tutor: licet in consequentiam ob eius dolum, & uersutiam debeat remoueri: debet tamen spectari id quod principaliter agitur: l. si quis nec causam. si cert. pet. Sed tu considera: † quia tex. 245
in d. l. non solùm. dum dicit, Difficile est: potest intelligi id est, nullo modo auditur procurator: iuxta tex. in l. j. §. fin. in uerbo, Difficile. quando appel. sit: & iuxta glos. in c. præsentiam. de testi. in uerbo, Difficile: & ita considerant etiam moder. in d. c. ueniens. in xij. col. Sed text. non dicit, prout ipsi præsupponũt: sed ita cantat, Sed non fuisse per procuratorem suspectus accusabitur, quoniam famæ causa est: & sic non utitur uerbo, Difficile: nec ibi potest intelligi: id est, nullo modo propter uerba sequentia, ibi, nisi constet ei à tutore nominatim mandatum: & sic illud

illud uerbum, Non facilè, uidetur excludere procuratorem generalem. Et ratio, quare ibi requiratur speciale mandatum, est: quia agitur de magno præiudicio. Item text. ille uult, quòd ubi iudex erat processurus omnino contra absentem: isto casu admittatur procurator generalis: aliâs secùs: & ille text. est multùm menti tenendus, se
246 *cundùm* Imol. *hic*, † *quòd ubi agitur de causa famæ, & æstimationis, requiritur speciale mandatum. Et ex illo text. confunditur una ratio* Bart. *hic dicentis, quòd ad publicum iudicium persequendum, non potest interuenire procurator: quia unusquisq; per se fideliùs agit causam suam.* Nam *illa ratio cessat, ubi quis habet speciale mandatum: quia comparet tanquam pica, & organum ipsius domini: nec posset fideliùs agere, quàm mandatum speciale in forma adimplere.* Nota *etiã pro eo quod dicit* Imol. *hic, quòd ubi quis principaliter accusatur, ut remoueatur tanquam suspectus: licet in consequentiam poßit puniri: censetur tamen causa ciuilis: pro qua potest interuenire procurator.* Nam *pro isto dicto facit glos. quam summè*
247 *no.* Angel. *in d.l. non solùm. §. si status. ubi dicit*, † *quòd quando causa principaliter est famosa, dãnatus per procuratorem est infamis: secùs si principaliter est pecunia-*
248 *ria, & in consequentiam est famosa:* † *sic intelligitur l. furti. § si quis alieno. de infami. Et ratio est: quia ex quo principaliter causa est famæ: si per interuentum procuratoris euitaretur infamia, iam sententia nullum operaretur effectum: quod non contingit, ubi principaliter causa est pecuniaria: quia fit exactio saltem pecuniæ.*

GLOS. *in uerbo,* Procurator, *diuiditur in quinque partes principales.* In *prima parte declarat tex.* In *secunda adducit concordantes ad hunc text. In tertia format*

duas

duas oppositiones contra text. In quarta quærit, an possit constitui procurator in causa criminali ad unum articulum. In quarta format aliam oppositionem: & eam dupliciter soluit. Secunda ibi, Et facit. Tertia ibi, Item cōtra. Quarta ibi, Et est argumentum. Quinta ibi, Item contra.

Ex prima parte huiusce gl. colligitur conclusio: quòd sicut non potest constitui procurator ex parte actoris: ita non potest constitui ex parte rei: licet ex parte actoris, dicatur propriè procurator: sed ex parte rei dicitur defensor: sed iste terminus procurator est latissimus. Aliquando enim capitur pro Præside prouinciæ: l. ij. C. de iure fis. li. xij. Aliquando pro curatore: l. si in emptione. §. fi. de contrahen. empt. ✝ Pro tutore etiam capitur procurator: l. in defendente. prout est in litera procurator: ff. de autho. tut. ✝ Istud etiam uerbum procurare, est latissimum, iuxta illud Appuleij: Hunc enim equulum suum curiosè nimis procurantem inueni: & alibi inquit Cato de re rust. Eodem modo cæteras arbores procurato. & alibi inquit Hierony. Cùm Sathanas aliquem sua arte deceperit, & proprium ei iugum imposuerit: ultra ad uitiorum abundantiam non procurato. Et sic apud Catonem sumitur hoc uerbum procurare, pro sustentare: apud uerò Hieronymum pro studiosè curare: seu inuestigare. Et non ab re Iureconsulti aliquādo appellant negociorum gestorem, procuratorem: ut est casus in l. si ego. de neg. gest, & in l. Plautius. ff. de procura. cui sententiæ astipulatur Cicero in lib. j. De natura deorum. dum dicit, Sunt enim philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem Deos. Propriè tamen, & strictè dicitur procurator, secundùm glos. hîc, qui aliena negotia mandato domini gerit: l. j. ff.

de

251 de procura. † Secunda colligitur conclusio ex hac glos.
secundùm Imo.hic:quòd procurator ex parte actoris,non
admittitur sine mandato:bene admitteretur ubi esset du-
bium de mandato,præstita tamen cautione rati:iuxta not.
252 in l.j.C.de procura. † Et dicitur esse dubium de manda-
to,secundùm Imol. ubi ille qui asserit se esse procurato-
rem,uenit de longinquo,& habet instrumenta domini,fa-
cientia ad causam:iuxta not.per Bart.in l.iij. §. duæ cau-
253 sæ.ff.de Carb.edic. † & est text.iuncta glos.in c.coram.
de offic.deleg.ibi,Cùm instrumentis eiusdem Ecclesiæ.Sed
ille text.allegatus per Imol.non probat:quia ille clericus
qui habebat instrumēta Ecclesiæ,erat rector ipsius Eccle-
siæ:nimirum si admittitur ad agendum. Item stat simul,
quòd aliquis habebat instrumenta ad causam, & tamen
illa subtraxerit:attento quia uidetur speciale in casu l.fi.
ubi gl.de pac.conuen.ubi si marito ab uxore fuerunt tra-
dita instrumenta bonorum parefrenalium,præsumitur ei-
dem concessa administratio.Pro resolutione,uide omnino
Alexan.in d.l.j.col.iij.de procura.qui dicit,quòd commu-
nis opinio est cùm Imol.hic:& in c.j.de proba.& re-
spondet ad l.fin.C.de pac.conuen.quòd ibi ex illa tradi-
tione sequitur,quòd maritus potest agere etiam non præ-
stita cautione rati.Sed tu considera ultra alios ibi,& hic:
quia id quod dicit Alex.post Pet.& Cy.non uidetur tu-
tum:quia glos.allegata hic per Imol.in d.c.coram.de offic.
deleg.dicit,quòd admittitur clericus,quia erat coniuncta
persona,& habebat instrumenta:& tamen,ut ibi faten-
tur Doc.communiter,fuit præstita cautio rati. Item ad
quid ponderarent traditionem instrumentorum,ubi da-
tur sanguinis coniunctio inter agentem nomine alicuius,
& ipsum cuius nomine agitur?quia hoc casu sufficit quòd

sit

ſit coniunctus qui admittitur pro coniuncto cum cautione rati. † *Communis tamen eſt opinio,ut dixi, quòd* 154
habens inſtrumenta facientia ad cauſam principalem,admittitur ad agendum cum cautione rati. † *Imò uidetur,* 155
quòd ſi poſſet probari,inſtrumenta fuiſſe alicui à domino tradita: quòd iſte poſſet agere etiam non præſtita cautione rati,quicquid ſentiant Imol.hîc,ac Alex.& cæteri in d.l.j.C.de procur.Vbi enim quiſpiam inſtrumentum alicuius debiti mihi tradit,non eſt præſumendum quòd mihi tale debitum donare uelit:arg.l.cùm de indebito.de proba.& c.ſuper hoc.de renun. Vt ergo illa traditio aliquid operetur,præſumendum eſt,quòd mihi mandatum de exigendo tale debitum ſit:arg.l.ſiquando.de leg.j. Cogita ſuper præmiſsis. Circa contrarium l.iij.C.de accuſa. accommodantur per Scribentes quamplures ſolutiones.
† *Prima fuit ſolutio Martini:quòd in caſu d.l.iij.quæ in-* 156
cipit, reos. erat lis conteſtata contra principalem: nimirum,ſi procurator interuenire poteſt: hic uerò §.procedit ante litem conteſtatam:quo caſu procurator dari non poteſt.Et ratio eſt:quia poſt litem conteſtatam dominus, & non procurator eſt condemnatus: l.ij.C.de accuſa. & l.fin.C.de iniur. Sed ſi admitteretur procurator ante litem conteſtatam,lite conteſtata cum ipſo procuratore non poſſet damnari ipſe dominus:tamen ante litem conteſtatam repellitur procurator, ut ad diffinitiuã perueniri poßit,ad quam non poſſet lite conteſtata cum procuratore:attento quod dominus non poſſet damnari.Sed hanc ſolutionem probant Salic. & moder. communiter,in d.l. reos.& Imol.ac cæteri hîc:ut hîc plurale per eos: ultra quos uidetur,quòd potiùs ante litem conteſtatam deberet admitti procurator,ut declinatorias, & dilatorias exce-

ptiones posset proponere: quæ post litem contestatam opponi non possunt: ut habetur in d.c.ueniens.de accusa. Secunda datur solutio ad text.in d.l.reos.quòd ille text. loquitur in procuratore, qui allegat causas absentiæ, non
257 autem causas causæ: † & ita respondet glos. in d.l.reos. & Bart.hic: & ista uidetur melior solutio quæ dari possit. Tertia datur solutio, quòd ille text. debeat intelligi in illis casibus, in quibus absens potest damnari, etiam quòd agant de pœna capitali strictè sumpta: ut habetur in l.lege Cornelia.§.constitutum.uer.sed in seruos. ff.ad l.Corneliam de sicar.& in l.ne diu.C.de pœnis: & in extrauag.
258 Henrici Imperatoris, ad repri.† In his ergo casibus potest intelligi l.reos. Et hanc solutionem tenuit Dy.hic, & Io. And.in addi.ad Spec.& Innoc. in c.ueniens. & hæc solutio placet Imol.hic, qui ponderat text.in l.seruum quoq;. §.publicè.ibi, quemuis debere admitti: qui text. innuit, quòd si quis compareat cum mandato, tanquam procurator, admittendus erit: si uerò sine mandato, tanquam defensor. Sed posset replicari ut suprà dixi ad istum text.
259 † Secundò mouetur Imo.per text.in extrauag.ad repri. ibi, Dicitur Personaliter, uel legitimè non comparuerit: quæ alternatiua uel, innuit quòd in crimine læsæ maiestatis, ubi absens damnari potest: poßit quis personaliter cōparere, uel legitimè: & sic per procuratorem: & cum hac opinione transit Alexand.in consil.cxvj.incip. Animaduersis statutis.in j.col.uol.ij. post Cyn.in d.l.reos. in iij. q.cum simil.de quibus per Hippoli. in sua practica car. cij.& in consil.suo, lx.col.j.uol.j. Et pro ueritate, pro ista opinione uidetur casus in d.extrauag.ad reprim.cui non satisfacit solutio Bart.dicentis, quòd ille text. dum dicit, Personaliter, uel legitimè: debet intelligi, quòd compareat si

reat si est singularis persona ea, quæ deliquit personaliter, si uniuersitas compareat per procuratorem iuxta l. tam collatores. C. de re mili. Nam si hoc uoluisset dicere Imperator, *facilè expreßisset. Sed replicari potest, quòd ille text. necessariò ita debet intelligi, ex quo suprà dixi. ad hoc, si qua communitas, corpus, uel collegium, uel aliqua queuis persona deliquerit: quo casu non est absurdum, quòd uerba sequentia, Si personaliter, uel legitimè comparuerit: recipiant interpretationem, & declarationem à uerbis præcedentibus: l. si seruus plurium. in fin. de lega. j. & l. utrùm. de peti. hære.* Dicũt *tamen mod. Seneñ. relatis dictis* Imol. *hic formaliter, col. xxxj. in xiiij. q. quòd opinio* Imol. *communiter recipitur: quæ tamen iudicio meo non probatur, ut suprà dixi in d. §. publicè. nec in d. extrauag. ad repri.* Nec *dicunt, quòd intelligendo illud extrauagans, prout* Imol. *intelligit, illa uerba, Personaliter, uel legitimè: uidentur pariformiter referri, tam ad personas singulares, quàm ad uniuersitates: quia dico quòd ista ponderatio, facit pro intellectu* Bartol. Nam *illud uerbũ, Personaliter comparuerit: referri non potest ad uniuersitatem, quæ non potest comparere personaliter: & ideò non potest fieri pariformis determinatio: & regula l. iam hoc iure, procedit, † ubi fieri põt pariformis determina-* 260
tio: aliàs secùs: l. ij. ff. de offi. Procõ. Et *ideò uerior uidetur opinio* Barto. † *quòd in his casibus, in quibus absens po-* 261
test damnari in causis criminalibus, nõ poßit interuenire procurator, tanquã procurator, sed solùm tanquã instructor, seu informator, ad allegandum causas absentiæ: & ad informandum, seu instruendum ipsum iudicem. Et *hanc opinionem sequitur* Salic. *in d. l. reos. & do.* Ant. *in d. c. ueniens.* Et *hanc opinionem dicit esse communem illustris*

præceptor meus Do.Iaso.in l.ij.C.qui testa.fac.pos.col. iij.ubi citat etiam Aretinum hanc opinionem tenentem: quæ opinio inconuincibiliter probari uidetur hoc tex. qui loquitur etiam in casu,in quo absens poterat damnari:cui non satisfacit solutio Imol.ut suprà dixi. Et certè ubi crimen est graue,accusatus, uel inquisitus, si potest capi,solet in carcerem detrudi: l.pen.& fi.C.de accu.& l.j.ij.& iij.ff.de cust.reo.& tamen illo casu,præsens potest condemnari. Et text.noster simpliciter & absolutè dicit,quòd procurator frustrà interuenit in causa criminali.Idem dicitur in l.j.an per alium cau.Secundò facit secundùm Bar.quia in causa tanti præiudicij(prout est cau
262 sa criminalis,† ex quo factum procuratoris solet obesse domino,l.non solùm.in princip.ff.de procura.) debemus dicere quòd debeat admitti tanquam instructor & defensor,qui prodesse possunt, non autem tanquam procurator,qui domino nocere potest,c.ij.de confes.Sed huic rationi enititur respondere Imol.hic in viij.col.quòd in causa tam grauis præiudicij non poterit nocere, nisi habeat specialißimum mandatum,arguendo per locum à matri
263 monio,ad casum nostrum. † Nam in matrimonio requiritur specialißimum mandatum,c.fin.de procur. in vj.& l.generali.de sponsal.& sic non poterit talis procurator respondere positionibus,secundùm Imol.nisi habeat spe
264 cialißimum mandatum:† sicut etiam requiritur in præstatione iuramenti de calumnia,c.fin.de procura.in vj.& traditur in auten.& si principales.C.de iura.calu. Sed replicari potest,quòd licet ad ista requiratur specialißimũ mandatum,potest dici ex mente Bart.quòd propter hoc lex non uult,quòd ad tale crimen persequendum nec generalis,nec specialis procurator dari poßit:quia non debet

bet absenti obesse. Sed replicari potest, secundùm Imol. quòd uidetur utilius ipsi absenti, quòd negligentia procuratoris eidem noceat, quàm quòd careat defensione: sicut in simili dicitur, in l. non solùm. in fin. ff. de procura. ubi quando Prætor, etiam absente tutore, est cogniturus de causa suspecti tutoris: tunc debet admitti procurator, etiã sine speciali mandato. † Quia melius est, & minus ma- 265
lum, quòd aliquis admittatur, quàm quòd nullo admisso procedatur: nam uerisimiliter meliùs ueritas patefiet. Sed replicari potest ex mente Bart. hìc, quòd iudex ex officio suo poterit ab ipso instructore, seu defensore quærere de innocentia rei: iuxta l. j. in fin. de quæstio. Item utilius erit etiam ipsi absenti, quòd admittatur defensor, qui tantùm prodesse potest, non autem procurator. Nã licet non possit cõstitui procurator ab homine, qui solùm prodesse possit: tamen à lege poterit dari aliquis defensor, qui prodesse poterit, & nõ nocere: text. est ultra alios in l. j. & ij. C. de tut. & cur. qui satis nõ dedit. tradit Bar. in l. tutor qui repertoriũ. in prin. de admi. tut. † nam tutor accusat nomine 266
pupilli: & tamẽ nõ obligat eũ ad pœnam talionis: l. ij. C. de acc. Nõ obstat tex. in l. nõ solùm. §. si. quia ibi nõ agitur de pœna corporis afflictiua, sicut in casu nostro. Et profectò tu considera: quia ueritas dependet ab hoc, an quòd poßit ferri sententia contra absentem sit inductum in fauorem, uel in odium ipsorum absentium: ergo non debet posse admitti procurator: quia ut dicit Bart. in extrauagan. ad reprimen. statuta Italiæ permittunt absentem propter cõtumaciam condemnari: sed si posset comparere per procuratorem, non posset dici contumax: & ideò melius est, ut Reipublicæ satisfiat, & non agitetur causa criminalis per procuratorem. Quia iudex ex inspectione in faciem, &

personam rei, multa cognoscere poterit: uidelicet, qua trepidatione, quo colore loquitur: ut l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. facit l. iij. ff. de testi. & maximè ex uerbis rei respondemus: ut in dictis iuribus, quæ comprehendere ex uerbis procuratoris non potest, cùm ipse innocens sit: nec inspicitur rei præsentia: ex quo non respondet: arg. l. in lege. ff. de contrahen. empt. & l. nec ulla. §. quod si quis. ff. de petitio. hæred. & l. ij. §. furiosus. ff. de iure codicil.

267 † Circa fin. glos. habes conclusionem, quòd ad testes producendos, seu repetendos, uel ad alium articulum, præterquam ad sententiam, potest constitui procurator. Idem sentit glos. secundùm Imol. in l. cuiusdam. per illum text. C. de accu. ubi dominus potest defendere seruum, & interuenire pro seruo: & ad hoc etiam Bart. hìc in ij. q. allegat glos. in c. liceat. de accusa. uoluit allegare in c. ueniens. eod. tit. Bart. uerò hìc concludit, quòd ubi reus est incarceratus, tunc ad hos articulos potest procurator constitui: & idem uult Bart. in l. non solùm. de app. & idem, secundùm Alexand. hìc tenent Guido de Suzar. & Odofr. quos citat Gandi. in tract. malefic. in rub. xxj. qui uolunt, quòd pro carcerato poßit constitui procurator, præterquam ad litem contestatam. Sed difficultas consistit in eo quod dicit glos. an admittatur procurator ad producendũ testes probatorios, uel reprobatorios. Communis resolutio uidetur esse, secundùm Imol. hìc, quòd in his casibus, in quibus absens non potest damnari, tunc non debet constitui procurator ad aliquem articulum concernentem merita causæ. Salic. uerò in l. reos. indistinctè tenet quòd non poßit admitti procurator, nec ad producendum testes,

268 † nec ad respondendum in causa, nec ad aliquem articulum. Quæ opinio probari uidetur in hoc text. dum dicit, quòd

quòd nec ad crimen publicum persequendum, nec ad defendendum reum, potest admitti procurator. Cùm ergo ista omnia tendant ad persecutionem criminis: & à quo remouetur genus, remouetur qualibet eius species, ut dicit hîc Bart. per l.j.§.j. de suis, & legit. & l.si chorus.de leg.iij. Et suadetur hac opinione: quia uidetur speciale in casu l.fin.de iniu. † Ego sum huiusce sententiæ, quicquid 269
sentiant mod.in d.c.ueniens. post Imol.hîc: quem formaliter sequuntur: quòd siue absens possit damnari, siue non, nullo modo possit constitui procurator, nec ad producendum testes probatorios, uel reprobatorios: ut hîc glos. loquitur: minus ad petendum: quia in hisce articulis totum pondus causæ uidetur consistere. Nec pro ista facit text. in l.si cuiusdam. quia ibi admittitur dominus ad defensionem serui pro suo interesse pecuniario. prout dicitur in l. seruus. & in l.sciendũ. suprà eod. & in l.Lucius.de app. & tradit Bart.hîc, in iiij.col.in uer. Item oppono. Et eodem modo potest interuenire Abbas pro monacho, & pater pro filio: † non uidetur ergo tenenda distinctio Imo. 270
& mod.Seneñ. in d.c.ueniens. qui faciunt differentiam, an absens possit condemnari: & tunc possit interuenire procurator: secùs si non potest: quia iste text. loquitur etiã ubi sententia potest ferri in absentem: & tex.in l.j.quando causa per alium uidetur etiam loqui indistinctè: & militat semper illa ratio potissima, quòd prohibetur constitutio procuratoris ratione maximi præiudicij: attento maximè, quia uidetur speciale in casu l.non tantùm.de app. quòd admittatur procurator ad appellandum pro incarcerato. De quo tamen dic, ut suprà dixi. † Posset tamen 271
sic subdistingui, quòd in his casibus, in quibus absens damnari potest, si permittatur procurator in his articulis, in

quibus non potest fieri magnum praeiudicium ipsi principali:ut,ad producendum capitula probatoria,sed non ad respondendum positionibus,nec ad ponendum: ut uolunt
272 *Cyn.&* Salic.*in d.l.reos.*† *quia ponens uidetur fateri cõtenta in positionibus:secùs est in illo qui articulat: c.j.& ij.de confes.*Sed *non poterit interuenire nec ad litem contestandam,nec ad alios actus substantiales iudicij,tangentes examinationem criminis:de quibus in l.ij.& in l.fin.* C.*de accusa.*Item *potest interuenire procurator ad aliqua praeparatoria,quae fiunt ante litem contestatam:de quibus in l.denunciasse.§.si per procuratorem.ff.de adult.& in l.etiam.§.plures.de manu.uim.*Et *ratio est in dictis praeparatorijs:quia non possunt multùm obesse ipsi principali.* Circa *primam quaestionem* Bart.*extra glos.elici pos*
273 *sunt duae conclusiones.* Prima *sit conclusio:* † *quòd pro homicidio potest imponi poena pecuniaria:de qua conclusione uide plenè* Alexan.*in l.j.quod quisq; iur. ubi plura scripsi.&* Barba.*in c.fin.in viij.col.de consue.*Secunda *sit conclusio:an ubi pro homicidio imponitur poena pecuniaria,poßit interuenire procurator.*Et *est aduertendum,se-*
274 *cundùm* Imol.*hic col.x.*† *quòd ubi pro crimine uenit imponenda poena pecuniaria de iure communi, licet in subsidium poßit imponi poena corporalis: potest tamen interuenire procurator:l.j.ff.an per alium causae app. & l. ij.*C.*de procura.*Nec *consideratur, quòd per accidẽs, & in subsidium,poßit poena pecuniaria in corporalem commutari:iuxta l.si quis id quod.§.in seruos.de iuris. om.iu. & l.fin.de in ius uoc. & c.finẽ litibus. de do. & contu.*
275 †*quia debet considerari causa originalis,non autem accidentalis:l.iij.§.qui habet.ff.de tutel.& debet spectari id, quod principaliter agitur:l.si quis nec causam. ff. si cert.*

pet.

pet. Sed à primordio tituli, posterior formatur euentus: & hæc est communis omnium opinio, ut moder. dicunt in d.c. ueniens. col. x. & facit pro hac opinione, l. non solùm. in fin. de procura. ut in causa suspecti tutoris poßit interuenire procurator. Sed *huic cõclusioni obstat id, quod* Bal. *dicit in l. reos. uer.* Quæro *quid in pœna arbitraria.* C. *de accu. ubi quando pro crimine imponitur pœna arbitratia, siue à lege, siue à statuto, licet actu crimen ipsum non sit capitale: ex quo tamen potentia potest effici capitale, iuxta gl. in §. in summa. inst. de iniur. quæ uult, † quòd* 276
ubi iudex potest arbitrari usq; ad mortẽ: tale crimẽ censeatur capitale, & non potest interuenire procurator. Auge*tur difficultas: nam quia pro iniuria potest imponi pœna supra relegationẽ, tale crimẽ cẽsetur capitale: l. fi. ff. de iniu.* † Dic *pro resolutione, q. id quod dicitur: quòd ille qui* 277
non habet in ære, luat in corpus: procedit in debitore, qui laborat inopia. Item *in debitore eo inuito non potest commutari pœna pecuniaria in corporalem. secundùm* Bald. & Alex. *in l. fi. de in ius uoc. nec est præsumendum quòd uelit eligere pœnam corporalem: † & iste malus euen-* 278
tus non debet considerari. l. inter stipulantem. §. sacram. de uerbo. oblig. & istud quod qui non habet in ære, luat in corpus: est quoddam ius extraordinarium, quod non debet haberi in cõsideratione: l. Seio. §. medicus. de annuis leg. quia præsumptio non est, quòd reus efficiatur non soluendo: l. si defunctus. C. arbit. tut. Secundò est aduertendum, quòd aliquando imponitur pœna pecuniaria ex delicto uirtute statuti: pro quo tamen à lege communi pœna pecuniaria imponebatur: & tunc dic prout suprà dictum est. Tertiò *aduertendum est, secundùm* Bart. *hic,*
† quòd ubi pro homicidio imponitur pœna pecuniaria, 279

ex parte rei potest interuenire procurator: quia ubi ueniõ imponenda pœna pecuniaria pro homicidio, cessat ratio prima prohibitiua constitutionis procuratoris: de qua hic per glos. cessat etiam alia ratio aßignata per Bart. in extrauagan. ad repri. in uerbo, legitimè. Nam si procurator ad pœnam pecuniariã condemnabitur: illam repetet: quod non est ubi pœna corporis afflictiua posset imponi. Cessat & alia ratio aßignata hìc per Bart. ac ferè omnes rationes, quas suprà dixi, cessare uidentur. Et opinio Bartol. hìc est communiter recepta: hanc tenent Bal. Sali. & communiter cæteri in l. reos. C. de accu. & Do. Anto. & communiter Canonistæ in d. c. ueniens. Est uerum quòd Guido de Suzar. in l. seruum quoq;. § publicè. amplectitur sententiam contra Bart. hìc: & dicit se uidisse iudicari pro & contra. Mouetur primo per hunc text. qui generaliter loquitur, quòd in publico iudicio procurator constitui nõ poßit. Sed responsio colligitur per locum à cessante ratione huiusce §. ergo cessat eius dispositio: l. adigere. §. quamuis. de iure pat. attento maximè, ut suprà diximus: quia pro crimine publico, pro quo pœna pecuniaria imponitur, non datur procurator. Secundò mouetur Guid. de
280 Suza. † nam licet pro homicidio imponatur pœna pecuniaria: origine tamen est delictum publicum: ergo spectanda est origo: l. iij. C. ad Maced. & l. si procurator. ff. man. Et ideò dicit text. in l. clàm poßidere. ubi origo possesionis spectanda est: ubi Ias. in vj. not. infert ad plures q. suadetur, secundùm Guid. de Suzaria: † quia pœna succedẽs
281 in locum alterius pœnæ, debet sapere eius naturam: l. si donator. §. si sponsus. ff. de dona. inter uirum, & uxo. Sed responderi potest: quòd id quod dicitur, quòd origo spectanda est, procedit, ubi accidens naturæ non contradicit: aliàs
attendi

attenditur accidens, non autem originalis natura: ut Bar. dicit in l.j.§.remouet.ff.de postulan.& idem Barto.in l. iij.§ qui habet.de tutel.cum simil.de quibus per Alex.in l.si quis posthumos.de lib.& posthu.& tradunt Cy.Bal. & Paul.de Cast.in l.si eadem.(ubi dixi.)ff.de offic.assess. & ideò dicit Bart.in l.j.§.hæc actio.si quis testa.liber esse
iuss.fuerit: † quòd id quod dicitur, quòd subrogatum stat 282
in natura sui principalis: procedit, quando subrogatum non transeat in aliam rem alterius naturæ: facit l. cùm in fundo.§.si fundus.ff.de iure dot. Melior est solutio, quòd in subrogatione cessat ratio prohibitiua constitutionis procuratoris: sed huic conclusioni aliud est quod fortius obstat: nã ut Bart.dicit in l.j ff.ui bono. rapt. per
l.quoties.ff.de act.& obl. † ubi à statuto pro homicidio 283
imponitur pœna pecuniaria, non uidetur recessum à pœna iuris communis: & fuit opinio originalis Vber.de Bobio in lib.Cauillationum.& Io.de Deo: quos citat Io. And.in addi.ad Spec.in rub.de fur.ad quam alleg.text.in l.j.ij. & iij.ff. arborum fur.cæsa. tu dic, quòd contraria opinio est uerior: quòd imò uideatur recessum à pœna iuris communis: quæ probari uidetur in l.ij.ad l.Aquil.ubi latè Flor.per illum text. & ita tenent communiter antiqui in l.sepulchra.C.de sepul.uio.quo casu, cùm non sit in potestate iudicis imponere pœnam corporalem, aut pecuniariam, poterit interuenire procurator: sed præsupposito, quòd sit in electione iudicis imponere aut pœnam corporalem, aut pecuniariam: dico quòd spectanda erit forma libelli accusatorij, & eius conclusio: quæ si concludat ad pœnam corporalem, habebit locum §. noster: secùs si ad pecuniariam: in casu uerò dubio potest id dici, quod dixi suprà de act.iniur. Quartò aduertendum est, inquantum

284 tum Barto.concludit, † quòd ubi pro delicto imponitur pœna pecuniaria, si tale delictum est publicum, potest interuenire procurator ex parte accusatoris, secundùm distinctionem l.si cui.ff.de uerb.signi.& l.licet. ff. de procura.& in l.in populari.ff.de popul.act. Nam ex quo iudicium publicum tendit ad uindictam publicam, & quilibet de populo potest agere: frustrà ad crimen publicum prosequendum, potest interuenire procurator: quia ipse procurator constitutus, est ita dominus accusationis, sicut ipse constituens: ideò lite contestata potest procuratorem constituere: & hoc est quod dicit text.in l.qui populari.
285 ff.de popula.act. † quòd ille qui conuenit actione populari ad defendendum procuratorem dare potest: sed agens non potest, nisi post litem contestatam. Sed ista opinio
286 Bart.non uidetur tuta simpliciter loquendo: † quia text. in d.l.licet.uult, quòd ubi quis agit pro interesse suo, uel suam, & suorum iniuriam prosequitur: poßit constituere procuratorem, etiam ante litem contestatam. Item in publicis iudicijs non potest etiam post litem contestatam interuenire procurator: nisi dicas, quòd illud est uerum, ubi imponitur pœna corporis afflictiua. Secundò prædictis obstat, & uidetur, quod etiam ex parte accusatoris poßit interuenire procurator, sicut ex parte rei. Primò quia in iudicijs est seruanda æqualitas, l.fin.C.de fruct.& litium expen.& per regulã l.non debet actori. ff.de reg.iur. Sed datur ratio diuersitatis, quæ colligitur ex d.l.qui populari
287 actione.ff.de popul.act. † Tertiò obstat, quia uidetur quòd ubi statutum pro delicto publico imponit pœnam pecuniariam, desinat esse delictum publicum: ut probari uidetur in l.ij.ff.de concuss. secundùm unum intellectum glos.quem ibi Bartol.refert. Sed ad istum text.respondet Bart.

Bart.in l.j.in iiij.col.in uer.Sed contra hoc.supra eod.tit. quòd aliquando statutum imponit nouum nomen ipsi delicto:ut quia falsitati imponit nomen concussionis:& isto casu damnatus ex tali delicto,quod desinit esse publicum, non efficitur infamis: † & in tali delicto, pro quo im- 288
ponitur pœna pecuniaria potest constitui procurator:aliquando uerò per statutum, uel legem nouam pœna publici iudicij tantummodò alteratur,remanente tamen nomine delicti:ut,quia pro homicidio imponitur pœna pecuniaria,ut hîc Bar.dicit:& isto casu non desinit esse delictum publicum.Istud probatur secundùm Bart.in d.l.ij. in iij.col.nam hodiè alterata est pœna l.Iuliæ de adul. & tamen non desinit esse delictum publicum, l. quamuis. C. de adul.iuncta aut.sed nouo iure.C.de adult.& idem probatur in l.si quis hoc genus.C.de epis.& cler. iuncta aut. ibi posi.In casu ergo Bar.hîc, licet pro homicidio imponatur pœna pecuniaria:tamen tale crimen nō desinit esse publicum.Et isto secundo casu procedit id quod dicit Bar. hîc: quòd ubi quis uult accusare homicidam ex lege publicorum iudiciorum,non potest ante litem contestatam constituere procuratorem: secùs post, nisi prosequatur propriam iniuriam,ratione proprij interesse:ut suprà dixi:& cum Bar.transit Do.Anto.in d.c.ueniens.& communiter Scriben.& Fede.de Sen.in consil.ccviij. Cogita super præmißis. Circa secundam quæstionem Bart. an ubi in defectum pœnæ pecuniariæ imponitur pœna corporalis, poßit interuenire procurator: † utputa, statu- 289
tum dicit,quòd pro homicidio quis puniatur pœna centum librarum:quam si non soluerit intra mensem,afficiatur pœna capitis.Bart. distinguit aliquos casus. Primus casus est,ubi imponitur pœna capitalis ex eadem lege:& tunc

tunc non poterit interuenire procurator: quia pœna non soluta, remanet caput in obligatione: l.j.§ item si ita.ff.ad l.Falci.facit l.obligationum ferè.§.fin.ff.de uerb. obliga.

290 † *Secũdus casus est, secundùm* Bart.*quando in defectum pœnæ pecuniariæ, lex mandat per officium iudicis imponi pœnam capitalem: & tunc non est crimen capitale: & maximè quando hoc exprimitur à lege: l.quicunq;.*C. *de ser. fug.*Tertius *casus est: quando pœna à lege imposita augetur: & isto casu, ubi augetur pœna non ex illa lege quæ originaliter pœnam imponit: & tunc spectari debet illa prima pœna ad cognoscendum, an sit capitalis, uel non capitalis: ut probari uidetur in l.si quis iniuriam.ff.de iniur.& in l.j.de in litem iur.*Quartus *casus est: ubi pœna primo loco imposita non nouatur per secundam: sicut in primo casu: sed statutum dicit,* Facienti *tale delictum imponatur talis pœna, quam teneatur soluere ad decẽ dies: & si non soluerit ad decem dies, puniatur in quarto pluris.*Nam *ex quo statutum dispositiuè loquitur, quòd condemnatus teneatur illã soluere intra decẽ dies: illud quartum plus considerari non potest ut pœna delicti, sed est pœna contumaciæ, si non soluat: secùs tamen est, ubi statutum loquitur conditionaliter: ut quia dicit.*

291 † *Si quis cõmisserit falsum, puniatur tali pœna: quam si non soluerit intra decem dies, puniatur in quarto pluris: nã illud quartum plus censetur pœna delicti qualificati: quia si iste cõdemnatus non soluat ad decem dies, non dicitur in aliqua contumacia.* Circa *duos primos casus, aduerte secũdùm* Io.*de* Imo.*in d.l.ij.quia uidetur quòd* Bar.*imponat legem uerbis, & non rebus: contra l.ij.*C.*communia de leg. quia regula trita est, quòd nõ curamus de modo, dummodò sequatur effectus: ex quo enim utroq; casu loco pœnæ pecuniariæ*

niariæ subrogari uidetur ipsa pœna capitalis: ergo debet iudicari crimen capitale, ex quo pœna capitalis pro eo imponi potest. arg. l. sufficit. de condi. & demonst. Nec probant aliquid iura allegata per Bart. † Et primo text. 292
in l. j. de in litem iur. quia ibi ob contumaciam non restituentis augetur condemnatio: hoc enim est quod ibi dicit text. non enim pluris fit per hoc, sed ex contumacia æstimabitur ultra eius precium: sed in casu nostro pœna capitalis, siue imponatur à lege, siue sit imponenda à iudice: quia lex hoc expreßè dicit, utroq; casu uidetur quòd ex quo crimen potest esse capitale, non debeat interuenire procurator. Nec aliquid faciunt l. quicunq;. & l. si quis iniuriam. quia ibi secundùm ordinatam, & regulatam dispositionem non erat imponenda pœna corporalis: sed extra ordinem, & in subsidium: & talis malus euentus spectari non debet. Sed Imo. & mod. in d. c. ueniens. qui eum formaliter sequuntur, non respondent rationi Bart. quia ubi imponitur pœna centum librarum: & si non soluerit intra decem dies, puniatur in capite: illico quòd est contumax, talis obligatio censetur nouata, & trāsfusa in pœnam capitis: l. obligationum ferè. §. fin. secùs tamen est, ubi lex mandat solui: & si non soluat, imponit iudici, ut ipsum delinquentem pœna capitis afficiat: quia isto casu non est facta nouatio ipso iure: quandoquidem esset poßibile ut iudex ipse illam pœnam non imponeret. Nec est uerum id, quod dicunt Imol. & mod. quòd iste casus, ut si quis efficiatur non soluendo, luat in corpus: non debeat spectari: quia malus euentus ad prouidendum, ne iudicium reddatur elusorium, spectandus uidetur: l. generaliter §. si quis seruo pignori dato. ff. de fideic. lib. Pro resolutione dictorum Barto. in d. l. ij. considerandi sunt aliqui casus. Primus

293 mus casus est:ubi à statuto uenit imponenda pœna alternatiua:una pecuniaria,uel capitalis: tunc dicitur crimen capitale,ut Bart.dicit in d.l.ij.quia in dispositione alternatiua,utrunq; est in obligatione: l.cùm illud.ff.quando dies leg.& ideò ubi in una parte alternatiuæ est res diuidua,& in altera indiuidua: tota obligatio censetur indiuidua.Nec mihi placet id quod dicit Imol.hic, dum dicit, q. aut est electio iudicis,& tunc erit capitale:idem est quãdo erit electio rei,antè, quàm eligat: quia dico,quòd ubi imponitur pœna pecuniaria,uel alia corporalis: quæquidem corporalis est ualde disproportionabilis:credo,quòd non poterit eligi illa pœna corporalis, sed tantùm pecuniaria:arg.l.si de interpretatione.ff.de pœnis. & regula, in pœnis.de reg.iur.in vj.& per consequens poterit interuenire procurator.Secundus casus est,ubi pro delicto

294 pœna pecuniaria, & corporalis imponitur: ut, † quia statutum dicit,si quis fecerit furtum puniatur pœna dupli,& fustigetur: nam isto casu non poterit interuenire procurator.Et concludendum est,quòd nõ:quia illa qualitas,Quòd fustibus cædatur(quæ nocet) spectari debet, l.cùm uir.ff.pro dona.& l.si quis in graui.§.fin.ad Syllani.& ita concludunt moder.Seneñ.in d.c.ueniens.col.xvij. & ultra eos facit pulcher text.in l.Pædius.§.j.de arbit.& in l.ij.§.si à pupillo.ff. de usucap. pro empto. cum simil. de quibus per Feli.in c.j.col.fin. de except. & in c.j.col. v.de re iud.Tu uerò dic, quòd hic attenditur pœna fustigationis:non ut noceat prout dicunt Seneñ.sed ut prosit:

295 & sic ut iudicium ualeat: † quo casu quando concurrunt duæ causæ,una quæ nocet,& altera quæ prodest: si illa quæ prodest tendit ad ualidandum actum, illa spectanda est:ita tenet Iason.post glos.ibi,in l.si mater.in iij. col.

col. C. de inoff. testa. In hoc casu igitur attenditur causa quae nocet: quia respicit ualiditatē iudicij. Tertius casus est, ubi statutum dicit, Si quis commisserit tale delictum, plectatur poena amputationis pedis: & si non soluat infra mensem centum. Nam ex quo poena amputationis pedis est in obligatione: & poena centū, est in facultate soluendi: sine dubio non poterit in tali crimine cōstitui procurator: cùm poena corporalis sit in obligatiōe, & poena pecuniaria in facultate soluendi: facit pulcher text. ultra alios, in l. si quis stipulatus fuerit decem. ff. de fideiuss. Quartus casus est, ubi statutum dicit, Si quis commisserit tale delictum, puniatur poena centum: & si non soluat intra mensem, amputetur ei manus. Et Bartol. cum quo transeunt caeteri hîc, & in d. l. iij. suprà eodē, concludit, quòd non poterit interuenire procurator propter dubiū. Arbitrarer tamen, quòd si accusatus praestaret fideiussionem de soluendo poenam pecuniariam, quòd posset interuenire procurator: eodem modo si aliquis procuratorio nomine interueniret sub conditione, si condemnatus soluat poenam pecuniariam: aliàs habeatur pro non admisso: & ita dicunt praefati moder. in d. c. ueniens. Sed illa cautela mihi non placet propter fragilitatem cautionis, ut utar uerbis Pauli in l. qui ita. §. j. ff. ad Trebel. Mihi non placet etiam quòd admittantur sub conditione: quòd si imponatur poena corporalis, habeatur pro non admisso: argu. l. actus legitimi. ff. de regu. iur. attento etiam, quia hoc modo iudicium posset reddi e'usorium: quod non est dicendum: argu. l. si Praetor. ff. de iudic. Circa secundam quaestionem Bar. Quod sit officium excusatoris, elici possunt plures conclusiones. Prima sit conclusio: † quòd ad 296
allegandum causas necessarias, & causas absentiae, quae

ipsum reum, uelit nolit, impediũt uenire: admittatur quilibet, & sine mandato, ac etiam sine satisdatione rati. Quilibet ergo tam masculus, quàm fœmina maior, siue minor potest comparere pro absente ad allegandũ, quòd est infirmus, incarceratus, uel alio impedimento necessario impeditus: quia ista est allegatio meri facti: imò etiam infans admittitur; ut hic per Bald. post Innoc. in d.c. ueniens. licet regulariter non possit esse in iudicio: l. quos prohibet. ff. de postulando. & facit l. non solùm. ff de procura. & cum Bart. hic transeunt Inno. Ioan. And. D. Ant. Abb. & moder. in d.c. ueniens & idem Spec. in tit. de procura. uer. decimo. & in tit. de accu. uer. si autem. Amplia primò hanc conclusionem: ut etiam procedat, quãdo reus est citatus, & quando quis defensorio nomine cõparet, & allegat causas necessarias absentiæ, admittitur etiã sine satisdatione. De præsentando ipsum absentem cessante impedimento necessario: ita tenent Guid. de Suzar. & Bald. in d. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procura. mouetur per text. in l. si constante. §. quoties. ff. solut. matri. & sequuntur mod. in d.c. ueniens. ut suprà dixi. Et ratio
297 est: † quia allegans causas absentiæ, non potest condemnari, nec contra eum fieri executio: & ideò non tenetur cauere de Iudicatum soluendo: minus de Præsentando ipsum reum. l. liberto. in fin. de procura. Secundò ampliatur ista conclusio: ut etiam procedat dato, quòd statutum diceret, quòd lapso termino banni non recipiatur aliqua de-
298 fensio: † nam hoc casu etiam poterit allegari necessaria & probabilis causa absentiæ: ita dixit Bald. in d. § publicè. col. vij. subdit tamen, quòd hoc non seruant assessores: quia statuta sunt multum præcisa, quòd nulla defensio admittatur, & quòd talis positus in banno lapso termino habeatur

beatur pro confesso: & cùm statutum fingat eum confessum, contra fictionem probari non potest: l. siue possidentis. C. de proba. † *Veruntamen quia defensio est de iure naturali: & sicut non potest tolli per Principem, clementi. pastoralis. §. fin. de re iudi. multò minus debet posse tolli per statutum: facit l. iij. §. si ad diem. ff. de re mil. quò fit, ut saltem ope restitutionis in integrum debeat admitti: l. fin. ff. de in integ. restit. Imò uidetur, quòd sine restitutione in integrum admittendus sit talis excusator: quandoquidem non possit dici contumax, attento quòd necessaria & probabili causa fuit impeditus comparere: & statutum denegans defensionem elapso termino banni, uidetur intelligendum de plena defensione, non autem de ista per quam apparebit, bannitum non fuisse contumacem. Secunda colligitur conclusio ex dictis Bart.* † *quòd ad allegandum excusationes probabiles, q. reus nō potest uenire, quia in loco habet inimicitias: uel, quòd itinera non sunt tuta: iuxta l. de ætate. ff. ad Treb. & l. sciendum. §. j. quia in delegatione non admittitur excusator sine mandato. Et est communis Doct. sententia, ut hic per Imol. & alios communiter: & in d. c. ueniens. Et potest etiam exemplificari ista conclusio, non solùm ubi accusatus, uel inquisitus citantur ad locum non tutum: sed etiam ubi citantur eo tēpore, quo itinera non sunt tuta: ut tradit Oldra. in consil. xlvj. quod incip. Quæritur.* † *Idem esset, ubi citaretur ad locum pestiferum: argu. text. in l. ij. §. pen. ibi, Vel aliqua fortuita calamitas. ff. si quis cau. per quem text. fuit excusatus Gregorius xij. quòd ad concilium Pisanum non accesserit:* † *quia locus, ad quem quis citatur, debet esse securus non solùm pro reo, sed pro testibus aduocatis, & alijs personis necessarijs: xxiij. q. ij. c. Siue de coniugij. Idem*

299 (margin, at "Veruntamen") · 300 (at "quòd ad allegandum") · 301 (at "Idem esset") · 302 (at "quia locus")

esset, ubi quis citaretur ad locum, in quo timeret non posse consequi iustitiam propter potentiam aduersarij sui: ut declarat Ang. in disputa. quæ incip. Bononiensis. in iiij. & v. dub. & facit text. in c. statutum. §. cùm autem. de re-
303 scrip. lib. vj. Ad unum aduerte ultra Angel. † quòd reus citatus non excusatur à contumacia propter hostilitatem quæ fit in territorio, unde habet transire: si transeuntes per illa loca sunt soliti obtinere securitates, quia est in culpa ipse hoc idem non petendo: & pro ista conclusione facit text. in l. quibus diebus. in prin. ubi Bald. de condi. & demon. & in l. sed & si per Prætorem. §. ait Præ-
304 tor, ex quibus cau. maio. quæ dicit, † quòd impedimentum quod de facili potest remoueri, non est iustum impedimentum: & secundum moder. in d. c. ueniens. col. xxxvij.
305 post Ange. in d. disputa. incip. Bononiensis. † Si accusatus, uel inquisitus citatus ad locum non tutum, ubi haberet inimicitias capitales: excusaretur non comparens: eodem modo, si concedens saluumconductum, esset tyrãnus: uel non soleret fidem datam obseruare: quia hisce Principibus non est credendum. Sed ista conclusio ita de-
306 clarata secundùm Bald. & Imol. non uidetur tuta: † & uidetur quòd imò possit quilibet etiam sine mandato adducere similes causas probabiles: quòd non est tutus accessus: quia negari nõ potest q̃ huiuscemodi causæ nõ sint nedũ iustæ, sed etiã iustißimæ: ut dicũt iura per Bar. adducta in d. l. de ætate. ad Treb. & l. sciendũ §. j. ff. de leg. at-
307 tento maximè, † quia nõ est præsumẽdũ, q̃ citatus ad locũ nõ tutũ, ubi habet inimicos capitales, uelit se cõmittere capitalibus inimicitijs: etiã si habet literas saluicõductus: ut probari uidetur in c. accedẽs. §. ij. ut lite nõ cõtestata. Suadetur etiã ista opinione, ultra Bal. & Imo. per istũ text.

qui dicit, quod excusationes absentium ex Senatuscon. iudicibus allegantur: et clarius per text. in d. §. publicè. qui dicit, Publicè interest absentem à quibuscunque defendi: facit l. reos. C. de accusa. quae iura adducit Angel. in disputa. sua, quae incip. Bononiensis. in vij. dub. pro qua etiam facit duplex ratio. Nam ubi quis citatur ad locum non tutum, uel pestiferum, et non comparet: praesumptio est, quòd non uelit se committere in manus inimicorum suorum, non autem quòd hoc faciat uoluntariè: † attento 308
quòd contumacia sonat in delictum: ut glos. dicit in l. si filius. de interro. act. et delictum non praesumitur nisi probetur: l. quoties. §. qui dolo. de proba. Vltimò suadetur haec opinio contra Bart. et communem, arguẽdo per locum à uerosimili: † nam nullus est ita insipidus, qui 309
non cupiat cruciatum corporis, uel mortis periculum declinare: ubi ergo quis huiusmodi periculũ allegat, praesumendum est, quòd citatus utiliter gestum ratificabit: argu. l. si pater. de dona. dum dicitur, merces enim eximij laboris appellanda est, quòd contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit. Aut uerò accusatus ueniens ratificabit gestum et factum per hunc excusatorem: et tunc satisfaciunt intentioni iudicis inquirentis, uel accusatoris. Si uerò noluerit ratificare: poterit quandocunque hisce excusationibus renunciare: et cum Bald. et Imol. transeunt moder. Seneñ. in d. c. ueniens. col. xxviij. et dicit Angel. in d. disput. quòd ex praemissis confunditur etiam tertia conclusio Bart. dum dicit, † quòd quis non possit 310
sine mandato opponere exceptiones dilatorias, et declinatorias. Sed hisce rationibus facilè potest responderi: nam ratio, quare non debeat admitti talis defensor sine mandato, colligitur ex l. in eo. §. nemo. de reg. iur. et in l. si ad

311 defensionem suprà iud.fol. † nam interest actoris, contra quem huiusceemodi excusationes opponuntur, ut talis excusator habeat mandatũ, ne iudiciũ reddatur elusoriũ. Sed tuendo opinionẽ Bal. quæ mihi placet, per tex. in d.§.publicè. dic, quòd etiam si istud iudicium reddatur elusoriũ: non consideratur, ubi allegantur exceptiones dilatoriæ, seu declinatoriæ, quæ proponuntur ante litem contestatam, ut quia accusans est infamis, aut excommunicatus: uel aliàs inhabilis. Si uelles tamen tueri opinionẽ Bart. uolo quòd aduertas ad istum text. in quo ponitur regula: quòd ad crimen publici iudicij persequendum, uel ad se defendendum, frustrà procurator interuenit. Posteà subijcitur, Sed excusationes absentium iudicibus allegantur: quæ exceptio ut sit de regula, debet intelligi, quòd requiratur

312 mandatum: † & maximè quia de natura illius aduersatiuæ, Sed, est aduersari his, quæ sunt eiusdem generis: gloss. in l.mariti. de adulte. Si uelles tamen tueri opinionẽ Bald.

313 Imol. & moder. contra Bar. & communem, † uolo quòd habeas præ oculis text. (quem ponderat Aret. in d.c. ueniens.) in l.fin. ff. de requir. re. ubi dicit, quòd si reus non comparet post citationem infra annum, uel non habeat qui eum defendat in causa capitali, post annum confiscantur eius bona. Ergo cùm text. non possit intelligi de causis innocentiæ, intelligi debet de causis absentiæ, in quibus admittitur simplex defensor sine mandato. Et si quispiam subtiliter diceret, ille text. debet suppleri ut intelligatur de defensore cum mandato: replicari potest, quòd talis nõ dicitur propriè defensor, sed procurator: l.reos. C. de accu. & iij. q. j. c. defensor. Sed etiam aliquãdo defensor capitur pro procuratore, & pro tutore, & curatore: l.j. ff. qui pet. tuto. Item potest intelligi ille text. de defensore cum

cautione

eatione de Iudicatum soluendo. † *Nec est inconueniens,* 314
quòd ibi procurator appelletur defensor: sicut aliquando etiam dicitur procurator, qui non habet mandatum: l. iudicatum solui. §. ij. ff. iud. sol. Secundò opinio Bar. communi refragari uidetur: nam uera est iuris conclusio, quòd in criminalibus, ubi absens condemnari potest, admittitur defensor sine mãdato, † etiã ad allegandũ causas innocen- 315
tiæ, seu causas causæ: d. §. publicè. secũdùm communem intellectum: ergo idem uidetur dicendum in causis capitalibus, ubi absens condemnari non potest: probatur in d. §. publicè. duplici ratione. Primò, quia text. in primò, & secundò responso permittit allegari causas innocentiæ in uno casu, & causas absentiæ in causa capitali. Secunda ratio: † quia in causa capitali, arguendo per locum à com- 316
muniter accidentibus, agi potest de grauiori præiudicio, si non admittatur excusator ad allegandum causas absentiæ, quàm si non admittatur ad allegandum causas innocentiæ in alio casu: † quia absens condemnari non potest, 317
eius bona confiscantur post annum irreuocabiliter: d. l. fin. de requi. re. Si ergo succurritur accusato, uel inquisito absenti, qui absens condemnari potest, ut causæ suæ innocentiæ allegari possint: ubi fortè non agetur de priuatione totius patrimonij longè magis, & minùs dubiè debet succurri absenti, qui non potest condemnari: cuius omnia bona tamen publicari possunt, ut admittatur excusator sine mandato. Sed tuendo communem responderi potest: quòd satis est, quòd succurratur absenti, cuius bona publicari possunt, ut possit comparere cum mandato: & satis probatur ista opinio in hoc text. quòd requiratur mandatum, ponderando ut suprà dixi: & clariùs in d. c. ueniens. de accusa. retenta igitur opinione Bartol. hic, quæ est,

communis, & quã tenet etiã hic Benedictus Plumbinius,
318 col.x.† quòd ad proponendas exceptiones merè dilatorias, admittatur excusator cum mãdato: limitatur ut non procedat, secundùm Aret.in d.c.ueniens.col.xij. ubi exceptio dilatoria, seu declinatoria esset notoria: & idem dicit Aret. ubi talis exceptio contingeret ipsum crimen: alleg. Angel.in l.si filius.ff.qui satisd.cog.quia sicut ipse iudex ex officio suo tenetur defendere accusatum, ita debet permittere ut ab alio defendatur: facit l.qui cùm maior.§.si libertus.de bo.liber.ubi iudex nemine petente debet absoluere reum. Bartol.tamen infrà uidetur uelle, quòd talis excusator non sit admittendus sine mandato. Sed iuxta
319 prædicta cadit dubitatio: † quid si iudex non admittat comparentem nomine absentis, qui dicit, quòd inquisitus est in partibus longinquis? uel, quòd est absens, uel infirmus: & se offerat ad hoc probandum, per Modo constat: & modo agatur: & iudex recusat recipere has probationes, an processus sit nullus? & Bart.in extrauag.ad repri. in uer.neglexerit.tenet quòd processus est nullus: quia stat per iudicem, quominùs certior fiat: allegat text.in c.interpositis.de app.& subdit, quòd ius sit saluum parti petenti restitutionem in integ.ob iustam absentiam: iuxta l.fin. de rest.in integ.Et licet dictum Bart.non probetur in d.c. interposita.ut in uoce dixi: tamen ex dicto Bar.habes cau-
320 telam, † quòd statim quòd quis commiserit homicidium, uel delictum aliquod, in quo non potest procurator constitui: ut horteris eum, ut ad partes remotas proficiscatur: & mittas aliquem ad allegandum causas absentiæ suæ: qui per Modò constat, & Modò agatur: se probaturum offerat: qui si non admittatur à iudice, processus erit nullus: etiam quòd ex forma statuti contumax habeatur pro confesso:

fesso: & hanc cautelam tradunt moder.in d.c. ueniens. in x.car.in iiij. col.in ij.q.prim. Tertia colligitur conclusio ex dictis Bart. † *quòd exceptiones, quæ licet opponantur ad processum, tangunt tamen crimen, non possunt opponi per procuratorem: exemplum est secundùm Bart. ut suprà, cùm opponat exceptionem rei iud. utputa, non potest procedi, quia reus accusatus, iam fuit condemnatus, uel fuit absolutus: uel non potest accusari, quia occisus ex forma statuti poterat occidi: ad has enim exceptiones proponendas procurator interuenire non potest.* Primò *per istum text. qui generaliter dicit, quòd crimen publici iudicij persequuntur: sed ex quo hæ exceptiones tangunt crimen, per eas fieri dicitur criminis executio: & ista secundùm* Ioan. And. *in addi.ad* Spec.*in tit.de accu.§.est.uer.quid si bannitus. fuit originalis opinio* Iac.*de* Are.*quem* Bart.*non citat: pro qua, ut ipse dicit, ita consuluit* Pisis *cum* Franc.Ligrino*: & opinio* Bart.*hic communiter recipitur, ut* Imol.*hic dicit, col. xviij. & moder.qui referunt* Bart.*&* Imol. *formaliter in d.c.ueniens.Sed ista opinio communis non uidetur tuta, secundùm* Iac.But.*&* Imol.*hic: quia exceptiones, de quibus* Barto.*loquitur, sunt mixtæ: id est, habent uim dilatoriæ exceptionis, & peremptoriæ: & sic possunt opponi ad processum, & ad merita: & ideò dicuntur exceptiones litis finitæ: de quibus per glos.in c.j. de lit. contestat. & in l.nam & posteà.ac iureiur.& tradit* Bart.*in l.quærebatur.ff.iudic.sol.* Vbi *ergo procurator opponit non esse procedendum ad ulteriora, quia fuit iudicatum illum esse ponendum in banno: & ista est exceptio litis finitæ:* † *&* 322 *ideò secundùm* Imol.*hic, in omni dispositione debet spectari id, quod principaliter agitur: l.si quis nec causam.ff.*

i 5 si cert.

si cer.pet.& facit l.non solùm.§ fin.de procura. Cùm ergo procurator non ueniat ad publicum, uel priuatum crimen persequendum, sed potius ad ipsam persecutionem impediendam: uidetur quòd sit admittendus: quia finis debet considerari: l.& si non sint. §.perueniamus.ff.de auro,& arg.leg. Sed replicari potest ex mente Are. in d.c. uenieris.col.v.quòd licet huiuscemodi actus opponendi exceptionem, de se non tendat ad punitionem criminis, & sic ad persecutionem accusationis porrectæ: ex quo tamen talis actus uenit incidenter ut pars iudicij criminalis, sine dubio dicetur actus criminalis factus super crimine: & hoc uidetur sufficere, ut ad hoc crimen procurator constitui non poßit: ut in hoc text. Ergo ipsum iudicium criminale principaliter intentatum spectandum uidetur, ut
323 *dignoscatur, quid posset fieri in ipso iudicio. † Nã principaliter ubi quis de delicto inquiritur, uel accusatur: ibi principaliter tractatur criminale, & capitale iudicium: ergo non debet considerari illud incidens, quòd opponi poßit exceptio declinatoria. Imò text. in l.non solùm.§.fi. de procura. per Imol. adductus, probat contra eum: nam*
324 *ibi dicitur, † quòd quamuis, cùm agitur ciuiliter ad remouendum tutorem, in consequentiam tutor criminaliter puniri posset: l.j.§.item solent.ff.de offic.Præfec.urb. tamen hoc quod in consequentiam uenit, spectari non debet. Idẽ ergo dicendum uidetur, quòd si iudicium principale est criminale, licet actus eidem iudicio incidens tendat ad effectum ciuilem, sicut exceptio ad repellendum accusatorem: tamen tale iudicium iudicabitur ut criminale: arg.l. quoties.C.de iud. Sed tuendo opinionẽ Imo. uolo quòd aduertas, quòd in omni dispositione finis debet considerari: l.& si non sint.§ perueniamus. de aur. & argen.leg. &*

tradit

tradit Barto.in l.ambitiosa.in iiij.col.ff.de decre.ab ord. fac. † Sed ratio finalis, quare in causa criminali non pos- 325
sit interuenire procurator, est: quia talis causa uidetur magni praeiudicij. Ista ratio cessat ubi agitur de opponendo exceptionem declinatoriam: quandoquidem agatur hic de faciendo, ne iudicium criminale efficiatur elusorium, & ut litibus, & expensis obuietur: & ne frustrà agatur criminaliter: & maximè quia text.noster dicit, quòd ad persequendum iudicium publicum frustrà interuenit procurator: sed ille qui opponit exceptionem declinatoriã uult, quòd à tali persecutione desistatur. Et si quispiam diceret, aduerte quia text. noster dum loquitur de persecutione, uidetur loqui in ipso accusatore: sed in reo nõ loquitur de persecutione, sed de defensione: & dicit, quòd reus non potest constituere procuratorem ad defendendum: † sed 326
appellatione defensionis uenit exceptio declinatoria: l.sed & si susceperit.§.j.in uer.alijs defensionibus.ff.de iud. & tradit Bald.in l.quoniam Alexandrum.C.de poen. Sed tu aduerte: quia defensio propriè est illa quae crimen excludit: sed illa quae processum retardat non est propriè defensio, ut est declinatoria: ita Bald. in l.j.C.qui accusa. non pos. & glos.in cap.j.in glos.iij.de lit.contesta. lib.vj. & tradit Feli.in rub.de excep. & Alber.in suo dictio.in uer. defensio.non uidetur tamen recedendum ab opinione Bar. hic, quae cõmuniter recipitur, ut cõcludit Aret. in d.c.ueniens.col.vj.quia negari nõ potest, ex parte accusatoris id uenire: cùm ipse petat se admitti ad persequẽdũ: ergo dispositio facta super persecutione criminis, habebit locũ in casu isto. Idem uidetur in reo. Sed dicat Aret.quicquid uelit, opinio Barto.non uidetur tuta: quia in hisce exceptionibus declinatorijs non agitur de punitione criminis: ut in

simili

simili dicit Barto.in l.solent.ff.de alimen. & cib. leg.retenta tamen opinione Barto.quæ est communis: quod exceptiones,de quibus loquitur Bart.non poßint opponi nec in uim peremptoriæ,nec etiam in uim dilatoriæ:declaratur tamen huiuscemodi conclusio.Primò,ut non procedat
327 *ubi talis exceptio esset notoria: † quia ad eam opponendam procurator constitui posset: quandoquidem iudex etiam ex officio suo debet supersedere in processu, & libellum ipsum accusatorium lacerare, ne litigetur super inani processu:iuxta glos.in l.j.de offi.asses.& facit glos. in l.qui cum maior.§.qui Præses.de bo. quæ lib. & hæc limitatio communiter recipitur.ut Nel.dicit in trac. banni.in ij.parte tempo.q.xiiij. Sed hæc limitatio secundùm Imol.hìc post Do.Ant.& Sali.per eum relatos,non uidetur tuta: quia hìc tales exceptiones opponuntur in uim exceptionis peremptoriæ,non debet distingui,an sint notoriæ uel non:sed solùm debet distingui,an quis has exceptiones proponat ut simplex allegator,uel instructor,& isto casu admittendus est:an uerò ut procurator, & isto casu est repellendus,licet talis exceptio sit notoria: quia notorium non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi:ut Barto.dicit in l.si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ff.de adul.cle.appellaui.de app.*
328 *Concludit ergo Do.Ant. † quòd ex quo quis non potest legitimare personam suam in proponendis hisce exceptionibus peremptorijs etiam notorijs: non est admittendus ut procurator. Nec uidetur tuta ratio Bartol. hìc, quòd ex quo iudex ex officio suo,potest ipsum accusatorem repellere, debet posse constitui procurator: quandoquidem huiuscemodi ratio concludat, quòd debeat admitti allegator,seu instructor, non autem procurator.*

Item

Item non est tuta ratio Bart.*hic ex alio capite,ultra alios: quia id, quòd iudex poßit supplere defectum partis in opponendo exceptionem notoriam,concludit,† ubi talis exceptio demonstrat accusatorem non potiri iure accusandi,uel agendi.Item procedit eo casu, ubi iudex,si non suppleret uicem partis:cum aliena iactura locupletaretur: ut* Bartol.*dicit,super glos.ibi in uer.*Apponendo. *Si ergo in casu nostro opponeretur exceptio,quòd bannitus non audiatur: uel, quòd est præscriptum accusationi porrectæ: talis exceptio non tolleret ius accusandi ipso iure:sed illud potiùs elideret.*Et *cùm hoc casu non posset iudex uices partium supplere, non posset quoque talis exceptio per procuratorem proponi:Cùm poßit ergo hoc casu per allegatorem & instrùctorem subueniri, non debet admitti procurator,cùm solùm poßit personam suam legitimare.*Sed *ad hoc respondet hic* Ioan.de Imol. *quem sequuntur* Senẽ.*in d.c.ueniens.quòd speciale est in nòtorio,quòd admittatur procurator,licet eius persona legitimari non poßit:† quia in notorijs ordo est, ordinẽ non* 330 *seruare.*Sed *replicari potest ex mente* Aret.*in d.c.ueniens. † quòd sicut delictum qualitercunque,& quomodocunq; notorium non potest puniri per iudicem incompetẽtem,* Bart.*in l.*Magistratibus.*ff.de iudi.ita non debet admitti procurator,cuius persona legitimari non potest.* Sed *replicari potest,quòd est magna ratio diuersitatis inter iudicem,& procuratorem: quia absurdum est,quòd iudex incompetens, & qui prorsus caret iurisdictione iudicet: † quia exceptio incompetentiæ iudicis,nunquam censetur exclusa,cle.j.de seque. poss.& fruc. non sic est in exceptione non legitimi procuratoris: & ideò licet iudex sine mandato non poßit supplere uices partis in notorijs: debet*

Line-start/end margin numbers: 329 at "opponendo ... ubi talis" line; 331 at "quomodocunq;" line; 332 at "censetur" line.

debet tamen posse quis hoc facere ut procurator, ubi habet mandatum: attento maximè, quia ubi exceptio est notoria, cessat finalis ratio prohibitiua: ut in criminalibus procurator interuenire non posit. Cogita super prædictis: quia subtilia sunt, & malè, ut arbitror, discussa per Scriben. Tertia colligitur conclusio ex dictis Bartol.
333 † *quòd ubi exceptio est peremptoria, & opponitur in uim peremptoriæ, non admittitur procurator: quia si non admittitur ad plenam defensionem: & sic remouetur genus à prosecutione criminis: ergo & species: iuxta l.j.in*
334 *fin.ff.de suis, & leg.*† Et *hæc conclusio ampliatur hic per* Bar.*ut procedat siue dubietas sit in facto, siue in iure: quia sicut ubi est dubium in facto, non potest interuenire procurator: ita nō potest interuenire ubi est dubium super iure: l.cùm prolatis.ff.de re iud. & facit regula §. quibus: in j.constit.C. & cum* Barto. *hic transeunt communiter*
335 *Scriben.*† Et *ideò si aliquis compareat pro accusato, & proponat quòd accusatus non interfecit illum, de quo accusatur: quia ea die, qua dicitur illum fuisse interfectum, ipse non erat* Paduæ, *sed* Mediolani, *adeò quòd impoßibile fuisset accusatum in illo loco fuisse: admitti non debet: eodem modo non potest constitui procurator ad proponendum illum fuisse mortuum longè anteriori tempore, quàm ea die, qua dicitur interfectus: iuxta glos.in l. is qui reus.de pub.iud.nec mirum, quia ista exceptio est merè peremptoria.* Et *idem, ut* Bart. *& Scriben.dicunt, est in exceptione mixta, ut suprà dixi: etiam ubi est dubietas*
336 *in facto, uel in iure:* † *& ideò non potest constitui procurator ad opponendum, quòd interfectus erat bannitus: quia à pari procedunt, excludere crimen directè, uel aliquid deducere, per quod crimen indirectè excludatur.*

Diffi

Difficultas huiusce casus consistit in uidendo,† an exce- 337
ptio banni sit declinatoria, an uerò sit peremptoria: ita,
quòd poßit opponi utroque modo: ut suprà dixi. Et Ioan.
de Imol. hic dicit, Verba statuti debere considerari:† ubi 338
enim statutum dicit, Bannitus non audiatur: uel, querela
opposita pro bannito occiso non audiatur: & hoc casu si-
ne dubio hæc exceptio habet uim declinatoriæ: ut ex di-
ctis Barto. elici uidetur, in l. nam & posteà. in prin. ff. de
iureiur. & in l. cùm lex. in fi. de fideiuss. Sed aduerte: quia
Bald. relatus per Aret. in c. ueniens. uidetur uelle, quòd ubi
statutum dicit, Bannitus non audiatur, non paratur aliquo
modo exceptio peremptoria:† quia exceptio quæ repel- 339
lit agentem, & sic respicit qualitatem personæ agentis:
iudicanda est potiùs exceptio declinatoria, quàm perem-
ptoria: ut Bald. dicit in l. filius. § ueterani. ad finem com-
menti. de procura. & tradunt communiter Interpretes in
l. exceptionem. C. de except. & ideò Aret. satis imperti-
nenter, tangit plenè illum articulum: an, & quando exce-
ptio inducitur per statutum, censeatur denegatum ius a-
gendi ipso iure, uel ope exceptionis. Sed tota difficultas
consistit, quando statutum dicit, quòd bannito denegetur
audientia in criminalibus. secundùm Bartol. in d. l. nam &
posteà. & in d. l. cùm lex. uidetur,† quòd ipsi bannito tol- 340
latur ius agendi ipso iure: & per consequens, quòd hoc
casu paretur exceptio merè peremptoria, quæ cùm tan-
gat crimen principaliter: non poterit proponi per pro-
curatorem. Sed imò uidetur quòd talis exceptio debeat di-
ci declinatoria:† quia ista uerba, Non audiatur: uiden- 341
tur inducere declinatoriam, non peremptoriam: cle. con-
stitutionem. de elect.† dicitur enim in dicta clem. consti- 342
tutionem, quòd licet ille, qui non seruat dispositionem e-
ut

ut circa.de elect.lib.vj. non debeat audiri ad prosequendam causam electionis:si tamen aduersarius patiatur deducta probari: talis probatio ualet, & ipsa electio cancellari debet: & tamen si per illa uerba, Non audiatur, pareretur exceptioni perẽtoriæ,non ualeret probatio:minùs esset cassanda electio: & si dicatur prout Aret.quòd ibi ius in iudicio deductum principaliter respiciebat Ecclesiam: unde non potuit parari exceptio, quæ tolleret, & perimeret ius ipsius Ecclesiæ:ideò paratur exceptio, quæ ipsam personam repellit.Replicari potest,quòd constiutio illa non fundat se super hoc, quòd ius deductum respiceret fauorem Ecclesiæ:& ideò potest dici ad illam clem.quòd licet dicatur,quòd nõ est postmodum in prosecutione negocij audiendus: tamen ultra procedit Papa: quòd si fiat probatio per aduersarij confeßionem,uel alio modo legitimè,Papa mandat illam non infirmari: & sic procedit Papa declarando, quòd per illud uerbum, Non audiatur,non paratur exceptio peremptoria: aliâs pararet:nisi dicas tuendo sol.Aret. quòd nulla alia ratione ibi Papa hoc determinat,nisi ut ipsi Ecclesiæ faueat. Iuxta hanc conclusionem Bart.se offert pulchra dubitatio, se-
343 cundùm Bald.hîc: † pone,statuto cauetur,quòd accusatus,uel inquisitus de crimine capitali non poßit proponere aliquam exceptionem,uel defensionem,nisi compareat personaliter:an isto casu erit aliquod remedium si uelit proponere per procuratorem exceptionem banni,uel aliã exceptionem,quæ sit notoria? Dic ut hîc per eum. Circa quæ Bart.de Rauagense Bononiense,habes ex eius di-
344 ctis,† quòd in examinatione exceptionis, ꝙ ubi quis non fuit ritè cancellatus de banno:non potest interuenire procurator:& ideò cùm esset occisus Do.Rauagensis Bononiensis,

nienſis,eius filij accuſarunt occiſores:fuit exceptum, quòd erat bannitus,& quod poterat impunè occidi. Fuit replicatum,quòd erat cancellatus de banno:ſed fuit iterum triplicatum,quòd non erat ritè cancellatus. Dicit Bar.quòd conſultum fuit,quòd in cauſa iſta non poterat interuenire procurator, etiamſi examinaretur coram alio iudice. Et hæc fuit opinio Iac.de Bel. † quia iſta examinatio 345
fit ad finem criminis excludendi, & ad ipſius criminis deciſionem: facit ſecundùm Bartol. l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſda.cog.& l.fin.ff.quib. appel. non li. & auten. ad hæc.C. de iudic. Sed iſta iura non bene probant opinionẽ Ia.de Bel.& Bar.& maximè,quia uarijs modis intelliguntur:ut idem Bart.dicit in l.in ambiguo.ff. de reb. dub. Et ideò ſecundùm Bald. hic, uidetur tutior opinio Iac.But.quòd imò,† quando exceptio uenit examinanda 346
ſeorſum à crimine,poſſit interuenire procurator,per iura per eum adducta.Primò per l.ij.& l.Præſes.C.ad l.Fla. de plag.in quibus iuribus examinatio quæſtiõis proprietatis tendebat ad excluſionem criminis plagij: & tamen poteſt in cauſa interuenire procurator:l.de fide.C.de fal. & l.ij.C.ad l.Fla.de plag.& facit text.ultra alios, in l. aduerſus.C.de furt.ubi in actione furti poteſt interuenire procurator,licet remedium tendat ad excluſionem iudicij criminalis. † Sed poteſt dici, quòd in d. l. ij. C. ad 347
l.Fla.de plag. cauſa rei uendicatæ, ſecundùm Imol. erat merè pecuniaria:idem in l.de fide.ubi in accuſatione falſi ciuiliter porrecta,admittitur procurator.† Eodem modo 348
in actione furti ciuiliter mota poteſt interuenire procurator:ſed in quæſtiõe Bar.exceptio illa,ꝙ fuerit ritè bannitus,uel non ritè:uel cancellatus:non uidetur habere aliã naturam,niſi ut excludat,uel includat delictum.Idem Io.

de Imol. distinguit duos casus: primus casus est, quando quis agit principaliter rei uendicatione contra illum, qui dicitur seruum adduxisse: & hoc casu potest interuenire procurator: quia licet ex hoc casu posit sequi decisio criminis: tamen non agitur principaliter ad hunc finem, sed ad finem pecuniarium, ut ipse seruus restituatur: Aut uerò secundùm Imol. quæstio opponitur per uiam excep-
349 tionis: † & in hoc exemplo, Accuso te de crimine plagij, quòd mihi surripuisti seruum: tu excipis de dominio, & sic quòd seruus est tuus, & sic quòd non est commissum plagium: & isto casu potest saluari opinio Iaco. de Bel. & primo casu procedet opinio Iac. But. Est uerum, quòd cum Iac. de Bel. & Bart. hìc tránsit Sali. in d. l. reos.
350 col. iij. & in d. l. ij. C. ad l. Fla. de plagi. † Sed tu considera: quia uidetur uerior opinio But. simpliciter per text. in d. l. de fide. C. de fal. & d. l. aduersùs. C. de fur. nam ubi agitur ciuiliter pro falso, aut furto: talis causa licet sit separata à decisione criminalis causæ: admittitur tamen procurator: per illam cognitionẽ potest sequi decisio criminis: l. ij. §. hoc edicto. ff. ui bono. rapt. & l. inde Neratius. §. si dolo. ff. ad l. Aquil. uel saltem inferri præiudiciũ iudicio publico. l. interdum. ff. eo. cum ibi not. ergo uerior uidetur opinio contra Bartol. non recedo tamen à Bartol.

351 Circa ultimã quæst. Bar. habes conclusionẽ, † quòd in causis criminalibus, ubi non potest interuenire procurator: si interueniat, licet non opponatur, tamen processus est nullus: & fuit opinio glos. in l. quamuis. C. de adul. & glos. Ioan. And. in c. j. de iudi. & ibi Io. de Fantu. idem dicit Do. Abb. in c. ueniens. de accu. & dicit Aret. in d. c. ueniens. col. pen. unum singulare uerbum, quòd ista opinio est communior: quam tenuerunt etiam Cin. & Salic. in l. quamuis.

quamuis.C.de adult.& Bald.hîc, & in l.seruum.§. publicè.ff.eo.& in l.ij.C.qui accu.non pos.& in l.reos.de accus.& hanc opinionem dicit ueriorem Alexan.in l.ita demum.C.de procu.pro ista opinione,stringit primò iste text.subtiliter inducẽdo. Primò in principio dũ dicit, Ad crimẽ publicũ prosequendum.† Nam prosequutio est 352
perfecta sequutio:arg.l.ædificia.§.prædixisse.de uerb.sig. & in l.urbana prædia.§.pernoctare.ff.de uer.sig.Ergo da tur hîc intelligi, ꝙ procurator prohibetur, ut in publicis iudicijs non poßit interesse,nec in principio,nec in medio, nec in fine iudicij. Suadetur: † quia text.utitur dictione, 353
Frustrà:quæ significat actum ipso iure nullum,ut probari uidetur non cauillando literam, in l. uerbis ciuilibus. de uulg.& pup.ubi Ias.pulchrè:& in c.quia frustrà. de usu. & in l.si eo. & in l.cùm donationis.C.de transac. adeò, † quòd ponderando istum text.in uer. Ad crimen prose= 354
quendum. & in uer. uidetur quòd lex resistat constitutioni procuratoris:iuxta l.cùm lex.C.de fideiussorib. uidetur,quòd gesta per procuratorem,etiam quòd per partem non fuerit oppositum,sint ipso iure nulla: & maximè,secundùm Bart.hîc,quia militat illa potißima ratio: quia diligentiùs accusans,& accusatus,suas causas prosequuntur:& ideò lex requirit quòd accusans, & accusatus sint præsentes coram cõspectu ipsius iudicis:ut ex eorum sermonibus,constantia,& trepidatione poßit ueritas criminis dignosci,& intelligi. Suadetur ista opinione alia ratione,secundùm Arct.in c.ueniens.circa fin. dicitur in d.c.ueniens.† quòd iudex non potest recipere procu= 355
ratorem in causa criminali: & sic per illam negatiuam positam ante uerbum, Potest, denegari uidetur potentia ipsi iudici recipiendi procuratorem in causis criminali=

bus:faciunt not.per Bart.*in l.cùm lex.de fideiuſ. & in l. ſuus quoq;.de hære.inſtit.*Ergo *neceſſariò dicendum eſt, quòd proceſſus ſit nullus.*Cùm *ergo lex nõ uelit poſſe cognoſci de crimine,ſiue de cauſa,ubi partes ſunt abſentes: ergo ſi proceſſum fuerit à procuratoribus uſque ad ſententiam ſine reorum præſentia,conſtat notoriè non fuiſſe cognitum de cauſa, prout natura cauſæ requirit & ſuadet:ergo huiuſcemodi proceſſus uidetur agitatus ſine cau-*
356 *ſæ cognitione:† ergo ſententia lata ſuper eo erit ipſo iure nulla,ut lata ſine cauſæ cognitione:iuxta l.ex ſtipulatione.C.de ſen.& interlo.om.iud.& l.fi.C. cõmi. uel epiſto. & pro iſta opinione uidetur caſus in c.ſi quando.ij. quæſtio.vj.iuncta l.j.in prin.de aſſer.toll.*Dicit enim *lex in c. ſi quando.quòd cauſa criminalis, & cauſa ſtatus prohibetur agi per procuratorem,& ſic parificat iſtas duas cau-*
357 *ſas:† ſed in cauſa ſtatus text.dicit in prin.l.j.quòd penitus prohibetur per procuratorem comparere, ſeu litigare: ergo uidetur,quòd iudicium ſit nullum in utroque caſu.*
358 † N*am dictio,*Penitus, *importat actum eſſe nullum ipſo iure;ut l.ſolutum.§.ſi in ſortem.in fin.ff. de pig. act. iuncta l.ſi non ſortem.in prin.de condi.inde. bene facit gloſ. not.in uer.penitus.in c. romana.in §. in uniuerſitate. de ſen.excom.lib.vj.* *Contrariã tamen opinionẽ tenuit gl.* Ber.*quam ibi ſequuntur* Inn.Hoſti.& Io.Mo.*in d.c.j. de iudi.lib.vj.quam opinionẽ ſecutus eſt etiam* Archid. *in c. qui generaliter.de procura.in vj. & in c.reos.iij.q.v.&* Old.*in conſil.cxxix.*Angel.*hic,&* Ioan.de Lig.& Cardi. *in d.c.ueniens.ubi etiam* Feli. *hanc ſententiam amplecti-*
359 *tur:& dicit* Bart.*in l.poſt mortem.§.fin.de adop.† quòd ſi ea,quæ non poſſunt fieri per procuratorem & fiant, ſi non opponãtur,ualent:allegat gloſ.in § ſi quis ergo,uer.*
fit

sit igitur licentia.in auten.quibus mo.nat.effi.leg.& illud dictum Bart.sequitur Ro.in consil.cclj.Et isti Patres respondent ad istum text.& ad text.in c.ueniens.& ad alia iura suprà adducta,quòd frustrà interuenit procurator, si opponatur exceptio:iuxta not.in l.uniuersa.C.de preci. Impe.offe.& eodem modo potest responderi ad c.ueniens. ponderatum per Aret. quòd iudex non potest recipere procuratores,parte scilicet opponente: & eodem modo potest responderi ad l.j.de asser.toll.Sed non est recedendum à communi opinione: quia licet aliquādo dictio, Frustrà,non importet nullitatem ipso iure, sed ope exceptionis:ut est text.ultra alios hic,in l.si Titius.in fin. de fideiuss.& in l.j.de non nu.pecu.tamen istud est uerum, ubi subiecta materia hoc patitur: de proprietate tamen sermonis,† dictio,Frustrà,importat nullitatem ipso iure. ut 360
Doc.communiter dicunt in d.c.ueniens.& Ias.in d.l.uerbis ciuilibus. Et semper stat firma illa potißima ratio,
† quòd lex abhorret quòd iudex cognoscat de crimine pu 361
blico,seu capitali in absentia accusatoris & accusati:quo casu confunduntur omnes distinctiones Doc.in hac materia:quæ sunt tot,quot sunt capita Hydræ: quarum prima
fuit Iac.Butr.† quòd si procurator interueniat ex parte 362
accusatoris,ualebit processus ex quo non fuit opposita exceptio:secùs si interuenerat ex parte accusati:quia non potest absens damnari, non poterit etiam procurator præsens,quia non deliquit.Nisi fortè dicatur, secundùm Iaco. But.quòd ex quo non fuit opposita exceptio ante litem contestatam,sequitur,quòd absens damnari poterit: quia regula trita est,Quòd dato uno inconuenienti,sequuntur plura:l.ratas.C.de resc.uen.& ista prima distinctio non
est æqua:quia semper militat ratio,† quòd lex uult exa- 363

minari causam capitalem in praesentia accusatoris, & accusati. Secunda fuit distinctio Bar. qui eius opinionem reuocauit: quae non differt ab opinione Iaco. de Bel. quòd
364 ex parte accusatoris, ualet processus: ratio, † quia pars, & iudex potest remittere accusatori poenam calumniae: & solùm propter poenam calumniae introductum est, quòd non poßit procurator interuenire, sed ipse principalis admitti debeat: si uerò ex parte rei, tunc potest interuenire, nisi post causae conclusionem. Et profectò Bart.
365 rectè mutauit opinionē: † quia uidetur, secundùm Imo. ineptè intellexisse text. in l. quamuis. C. de adul. qui loquitur, quando interuenit procurator ex parte accusatoris, non autem ex parte accusati. Secundò malè dicit Bar. dum uult, quòd iudex, & pars poßint remittere poenam ca-
366 lumniae: † quia haec remißio esset contra publicam utilitatem, quae suadet calumniam, & maleficia puniri: l. ita uulneratus. ad l. Aquil. & facit optimè id, quod legitur, & not. in l. Diuus. suprà ad Sylla. & in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pac. & l. ius publicum. Et pro hoc etiam
367 facit: † quia licet nihil fuerit dictum in primo iudicio de calumnia: tamen posteà de illa potest queri per uiam accusationis, uel inquisitionis, etiam ex interuallo: ut plenè not. in l. j. §. j. ad Turp. & in l. j. & in l. quae non probasse. C. de calum. & in l. athletas. §. calũniator. suprà de infami. & pro ista opinione ultra alios, facit text. in l. falla-
368 citer. C. de calum. † ubi fallaciter, & per calumniam accusantibus non prodest nec publica abolitio, nec priuata: imò nec specialis indulgentia Principis. Si ergo non prodest ipsa specialis indulgentia Principis, nescio quomodò poterit pars, & iudex remittere calumniam accusatori.
369 † facit text. in l. abolitio. C. de abol. & in l. fallaciter. co. titu.

tit.Suadetur hac opinione contra Bar.† quia licet in cri- 370
mine priuato poßit quis remittere iniuriā quoad actio-
nem ciuilem:non tamen potest pacisci de non accusando
criminaliter:ut Bart.dicit in l.inter omnes.§.rectè.de fur.
faciunt not.per Feli.in c.j.col.ulti.extrà,de præsumpt.&
per Ias.in l.fin.in iiij.not.C.de furt.& tradit idem Bart.
in l.j.§.usqueadeò.per illū text.ff.de iniu.& sentit Arct.
licet prædicta non adducat,in d.c.ueniens.col.antepenult.

† Tertia fuit decisio Dominorum de Rota,decis. ccl. 371
quam refert hìc Imol.& Alexan.post eum,in d.l.ita de-
mum.qui dicunt,quòd ubi non opponitur exceptio contra
procuratorem,tenet processus: ubi absolutoria uenit fe-
renda in fauorem absentis,qui absens fauori suo renun-
ciare potest.Sed ista distinctio,cum qua simpliciter trāsit
Ioan.de Imol.confunditur ex suprà dictis: † quia calum- 372
nia,quæ tendit ad uindictam publicam,remitti non potest:
facit text.in l.qui cœtu.§.uacantem.ad l.Iul. de ui publi.
Item militat illa ratio,quòd crimen publicum, seu capi-
tale debet discuti in præsentia accusatoris & accusati:
aliâs non potest ualere sententia, quia uidetur lata sine
causæ cognitione: ut in simili dicit Bart. in extrauag. ad
repri.in uer.summariè. † ubi si iudex in iudicio plenario 373
dicat se summariè cognouisse de causa,& ferat sententiā:
talis sententia, uti lata sine causæ cognitione, est nulla.

† Quarta fuit distinctio Do.Ant.de But.in d.c.ue- 374
niens.qui considerat duos casus.Primus casus est,ubi sen-
tentia non potest ferri contra absentem,prout non potest
regulariter in causis capitalibus: & isto casu uult Do.
Ant.quòd si admittatur procurator,processus sit nullus:
quia frustrà intercesit:nec suppletur hìc defectus ex litis
cōtestatione: quia nō cessat causa prohibitiua cōstitutio-

nis procuratoris:faciunt not.secundùm eum,in l. qui sti-pendia.C.de procura.& in c.in nostra. Et *in isto primo casu,bene dicit* Do.Ant.*in d.c.ueniens.in antepe.col.* Se-*cundus casus est,secundùm eum,ubi potest procedi in ab-*
375 *sentem:& tunc ualet iudicium:† quia tunc non est defe-ctus nisi solennitatis:id est, cautionis non præstitæ: quæ solennitas potest remitti:l.Pomponius.§.rati.de procura.*
376 Sed Do.Ant.*præsupponit,secundùm* Imol.*hic,† quòd ra-tio,quare ex parte rei non poßit interuenire procurator, sit illa:quia procurator non potest legitimare personam suam,præstando cautionem de iudicato soluendo: & ta-men ista non est potißima, quare ex parte rei non poßit interuenire procurator.Sed tuendo opinionem* Do. Ant. *tu dic,quòd ex quo absens potest dãnari, cessat illa prin-cipalis ratio prohibitiua constitutionis procuratoris,quæ est,quòd in præsentia accusatoris & accusati causa agi-tari & discuti debeat.Et si dicatur,nonne ipsi melius de-fendẽt per se,quàm per alium:quia imputet sibi qui insti-*
377 *tuit procuratorem,& non uenit ad se defendendum.* † Et *melius est,quòd per aliquem defendatur, quàm per nul-lum, ex quo deliberat absens esse: & sic potest defendi*
378 *ista opinio contra* Imol. *& sequaces.* † *Quinta fuit distinctio* Ioan.de Imo.*hic,quæ est lõgior:§.Callimachus. qui in effectu considerat duos casus, in quibus tenet & ualet iudicium.* Primus *est, quando procurator ex parte accusatoris fuit admissus, & probauit plenè crimen, seu delictum contra accusatum præsentem.Secundus casus est, quando procurator interuenit ex parte accusati, & ple-nè probauit innocentiam ipsius rei accusati contra ipsum accusatorem præsentem.* Et *in hisce duobus casibus iudi-cium non redditur nullum:ratio horum casuum est, quia licet*

licet hi procuratores à principio admitti non debuissent: † quia tamen repulsi non fuere, & per eos crimen liqui- 379
datum fuit: uidetur quòd sit ferenda sententia, nec curandum sit, quòd alius diligentiùs, & curiosiùs, liquidare potuisset: quandoquidem sufficienter crimen sit liquidatum: arg. l. Gallus. §. si eius. de lib. & posth. † Quia undecunq; 380
crimina clarescant, punienda sunt: c. in Ecclesia. xxiiij. q. iij. & suadetur hæc opinio per not. per Bart. in l. posthumus. §. si quis ex his. de inoffi. testa. post Inno. in c. in nostra. de procura. & in c. causam quæ. qui filij sint leg. ubi concludunt, † quòd ubi sententia lata pro uno in causa, 381
in qua agens non petit sibi aliquid dari, uel fieri: sed solùm aliquid fieri à iudice, uel declarari, prodest omnibus: † & sic si feratur sententia pro procuratore accusantis 382
proderit accusatori & Reipub. & omnibus: eodem modo lata in fauorem procuratoris accusati. † Sed ista di- 383
stinctio non placet Aret. in d. c. ueniens. col. pe. quia licet in primo casu fuerit plenè crimen liquidatum, ut condemnatoria sequi posit, & in secundo casu etiam constet de innocentia rei, ut absolui poßit: tamen non uidetur in primo casu, ubi procurator fuit admissus ex parte accusatoris contra reum præsentem, quòd poßit plenè constare de innocentia, seu nocentia ipsius rei: quandoquidem si accusatus ipse præsens fuisset: ex eius sermone, & ex constantia, & trepidatione facilè potuisset deprehendi de innócentia ipsius rei, † & confutari calumnia & fallacia ip- 384
sius accusatoris: eodem modo ex parte rei, si reus fuisset præsens ex constantia, & trepidatione potuisset crimen detegi: quod ob eius absentiam occultatum, & celatum fuit: † & hoc saltem procederet quoad sumendum ali- 385
quod indiciũ, ob quod potuisset torqueri, & ueritas erui.

Ergo stat semper firma illa potißima & singularis ratio,
386 *† quòd lex abhorret, quòd in absentia accusatoris, uel accusati, crimina discutiantur. Sed tuendo opinionẽ* Imol.
387 *potest dici, † quòd principalis ratio, quare in criminalibus non poßit interuenire procurator: uidetur illa potißimum, ne iudicium elusorium reddatur, Quæ ratio in hisce duobus casibus per* Imol. *traditis cessare uidetur: cessat enim in primo casu, quando procurator accusatoris plenè probauit crimen contra reum præsentem, contra quem sententia executioni mandari poterit: & etiam cessare uidetur in secundo casu, quando ex parte procuratoris accusati: quia ex quo probatum est de innocẽtia ipsius accusantis: poterit accusans, qui est præsens, condemnari*
388 *de calumnia: † quam calumniam uidetur commisisse eo*
389 *ipso, quòd non probauit: l. j. C. de calum. † & profectò pro opinione* Imo. *uidetur esse casus, ut ipsemet dicit, in l. quamuis. C. de adult. quem strictiùs induco: nam in prin. dicitur, quòd oportet in crimine adulterij, præsentiam accusatoris præcedere: tamen quia constabat Mariam uxorem uiatoris adulterium cum Iuliano commisisse, mandat* Imperator Diocletianus *ipsam condemnari, ex quo constabat de delicto: non obstante exceptione, quòd citaretur uiator eius maritus.* Ratio *est: quia constabat de delicto, & sic delictum erat liquidatum contra ipsam* Mariam *uxorem.* Et *si dicatur, aduerte: quia text. dicit,* Non *putamus uiatorem deputatum ad excubias limitis reuocandũ: & sic uidetur, quòd ibi potuerit condemnari* Maria *uxor uiatoris: quia ipse uiator erat absens causa* Reipublicæ.
390 *† Sed ista non est potißima ratio illius l. quamuis. sed quia erat liquidatum negocium ex parte procuratoris: item constabat de confeßione habita à* Maria *per tormenta, &*

ta,& erat conclusum in causa:& istis tribus concurrentibus ualuit sententia lata contra dictam adulteram. † Mihi tamen magis placet opinio Aret. quòd non possit dici liquidatum crimen:& quòd requiratur præsentia utriusque: & ideò non uidetur recedendum à communi sententia: quòd iudicium sit ipso iure nullum: posset tamen saluari opinio Imol. in duobus casibus. Primò, in casu d.l.quamuis.C.de adult.item quando de crimine constaret per spontaneam confeßionem rei,quam nulla præceßissent tormenta: uel metus torturæ: quia illo casu etiamsi totum iudicium esset nullum: tamen posset ferri sententia,tanquam super notorio:ut not. Innoc.in c. qualiter & quando.de accusatio.& Bartol.in l.si confessus. ff.de custod.reor.& pro hac limitatione uidetur esse casus,in l.ait Prætor.§.permittitur.de minórib quem text. secundùm Aretin. in dicto cap.ueniens.dicit singularem Bald.in l.ij.in fin. C.de re iudica. † Nam confessus non potest opponere de ineptitudine libelli, nec de alio iuris ordine non seruato:& uidetur casus in cap.Pisanis.de restituen.spo.Sed aduerte: quia contra Aretin. uidetur casus in dicta l. quamuis. † ubi etiam confessus per tormenta non potest opponere, quòd non pòtuit interuenire procurator: sed ibi,ut suprà dixi concurrebant plura.

391 392 393

Paduæ, M. D. XXXIIII. 8. Iulij.

1 In causis pecuniarijs, quis non cogitur personaliter comparere,nisi subsistente iusta causa.
2 Personæ aliqua dignitate munitæ, coguntur etiam in ciuilibus causis procuratorem constituere,nec possunt per se agere.
3 In causis capitalibus,procurator constitui non potest, siue

siue proueniat ex delicto publico, siue priuato, secundùm communem opinionem.

4 *Vbi agitur de pœna capitis, absens non potest damnari etiam post litem contestatam.*

5 *Pro quolibet crimine, tam publico, quàm priuato, potest agi ciuiliter, & criminaliter.*

6 *Pœna talionis ita militat in delicto priuato, sicut in publico.*

7 *Duo alia genera causarum, habentur remissiuè.*

8 *§. noster, legitur tribus modis.*

9 *Ratio dubitandi, quare quis admitti non uidebatur ad allegandum causas absentiæ sine mandato.*

10 *Ratio decidendi, cur quis admittatur ad allegandum causas absentiæ sine mandato.*

11 *Ratio dubitandi, ad secundum responsum huius §. unà cum ratione decidendi.*

12 *Ratio dubitandi, & decidendi, ad tertium responsum huius §.*

13 *Reprobatio communis intellectus ad hunc §. nostrum.*

14 *Defensio secundi intellectus Mart. Sylima. qui communiter reprobatur.*

15 *Tertius intellectus Dyni ad hunc text.*

16 *Quartus intellectus Bart. ut text. loquatur etiam in defensore sine mandato.*

17 *Sextus intellectus Angeli, ut reus absens ex iusta causa poßit à quibuscunque defendi plenariè.*

18 *Quis effectus resultet ex tali defensione.*

19 *Absens indefensus non potest condemnari, nisi aßignato*

gnato

gnato termino ad defensionem.

20 Terminus ad opponendum, datur etiam sponte confessis.

21 Quod non procedit in crimine notorio.

22 Non potest cogi aliquis ad renunciandum defensionibus: etiam elapso termino defensionis.

23 Poterit tamen termino renunciare, licet non posit defensioni.

24 Versiculus, Nam & in capitalibus, concordat cum auten. multò magis. C. de sacrosanctis ecclesijs.

25 Ad allegandum causas absentiæ facti: liberè cuiq; patet accessus sine satisdatione.

26 An quilibet admittatur ad allegandum causas absentiæ iuris.

27 Vbi agitur de condemnatione, ibi potest interuenire procurator.

28 Hinc habetur, quòd potest interuenire procurator, quando sententia potest ferri contra absentem.

29 Contraria opinio crebrior uidetur.

30 An, & quando iudex posit reijcere procuratorem eò, quia uelit principalem personaliter comparere.

31 Publicè interest aliquem defendi: & ibi declaratur quomodò procedat.

32 In causis capitalibus regulariter non potest constitui procurator.

33 Vbi agitur de pœna relegationis, uel remotionis ab ordine: ibi potest interuenire procurator.

INTERPRETATIO IN §. PVBLICÈ, L. seruum quoq; ff. de procuratoribus.

AVTORE Ioanne Antonio Rubeo Alexandrino.

QVantæ sit vtilitatis, & subtilitatis huiuscemodi §. elicitur ex dictis Pauli de Cast. hic, in ij. col. & Bald. in fin. sui commenti. Et aliorum, quos citaui in l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Et pro ipsius clariori intellectu
1 est præmittendum: † quòd principium huiusce §. loquitur de causis pecuniarijs, in quibus quis non cogitur personaliter comparere, nisi subsistente causa: l. fi. C. de procurat. & cap. j. de iud. lib. vj. in quibus causis regulariter
2 procurator admitti potest: l. ij. §. usus. suprà eod. † in hisce tamen causis aliquando quis cogitur per procuratorem comparere: l. penul. & autcn. omnino. C. eod. titu. Versiculus uerò, Nam & in capitalibus. loquitur in causis capitalibus, de quibus in l. ij. & in l. capitalium. ff. de pœn. & in l. edicto. §. rei capitalis. ff. de bonorum possess. quarum capitalium quædam proueniunt ex iudicio publico, quædam ex iudicio priuato: & in hisce causis capitalibus, procurator constitui non potest, siue proueniant ex iudicio publico, de quo loquitur text. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iud. & text. ultra alios, in l. de fide. C. ad l. Corne. de fal. & text. in l. tunc conuenit. C. de accusa.
3 & in l. reos. eod. tit. † De causa uerò capitali prouenien te ex delicto priuato, posset intelligi text. in l. j. §. j. & in

ij. resp

ij.responso.ff.quando cau.appel.per alium agi po.qui non distinguit inter causam capitalem prouenientem ex iudicio publico, uel priuato. Et cõmunis opinio est, quod etiam in delictis priuatis, ut infra dicam, procurator constitui non possit. Et est notandum, † quòd in hisce causis capitali- 4
bus, ubi agitur de pœna capitis, absens damnari non potest: etiamsi sit lis contestata: l.j.C.& ff.de requiren.reis. & l.absentem.§.j.ubi Bart.ff.de pœnis. Sed ubi quis non comparet, peruenitur ad annotationem bonorum, cuius formam tradit Bart.in d.l.j.de requiren. reis. † Secundò 5
præmittendum est: quòd pro quolibet crimine capitali tam publico, quàm priuato, potest agi tam ciuiliter, quàm criminaliter: l.qui nomine.& l.hodiè. ff. ad l. Corne. de fals.& l.fi.de priua.delic.& de furt. † & sicut de iure in 6
crimine publico requiritur inscriptio ad pœnam talionis: ita requiritur in crimine priuato: l.fin.C.de iniur.& d.l. fin.de pri.deli. Et ideò uidebimus infrà, quòd ubi pro crimine tam publico, quàm priuato, pœna pecuniaria imponitur, siue pœna sit applicanda parti, siue fisco: quo casu dicitur causa criminalis: l.iij.ubi glos.Barto. & cæteri, ff. de sepul.uiola.& tradunt moder.in rub.C.de iud.& extra eodem: quòd in hisce causis iudicium per procuratorem agitari potest. Versiculus uerò tertius huiusce §. intelligitur in causis non capitalibus, ut in pœna relegationis. & remotionis ab ordine, & de alijs, de quibus in l. cognitionum.de uarijs & extraord.cog.& in l.moris. ff. de pœn. Et ideò infrà uidebimus, an in isto tertio genere includatur pœna corporis afflictiua: ut quando plebeus flagellis cæditur, uel fustibus subijcitur: iuxta l.capitalium.in prin.in ij.responso.ff.de pœn. † Quartum genus 7
causarum addit glos.in l.non solùm.§.fin.infrà eo. Quintum

tum addit Albericus hic, col. fin. de quo secundùm eum, loquitur text. in l. sed à te. §. patronum. ff. eod. & in l. non solùm. §. fin. infrà eod. Sed tu dic, quòd istud quintum genus satis includitur in illo genere, quod æstimationem lædit: de quo loquitur text. in l. pen. de uar. & extraord. cog.

8 † Vltimò præmittendum est: quòd text. noster pluribus modis legitur: ut hic per Odofr. Alber. & alios plerosque antiquos: communiter tamen recipitur intellectus gl. quòd principium loquatur in causis pecuniarijs. Secundum uerò responsum in capitalibus. Tertium in causis non capitalibus, in quibus sententia contra absentem ferri potest. Tu considera circa principium huiusce §. intelligendo

9 eum, † quòd loquatur in allegante causas absentiæ: quænam poterat esse ratio dubitandi? Ad quod dic, quòd uidebatur dicendum: quòd non deberet admitti quis sine mandato, ex quo in hisce causis procurator constitui potest: & imputandum uidebatur absenti, qui procuratorem nõ dimisit, l. absens. suprà eod. uel saltem uidebatur, quòd esset admittendus mediante cautione de iudicato soluendo: quam etiam locupletißimus qui defendere uult, præstare tenetur: l. qui proprio. §. qui alium. ff. eod. & l. minor etiam. eod. titu. attento etiam, quia defensor qui non satisdat, condemnari non potest: l. liberto. in fin. de nego. gest.

10 † Contrarium tamen hic deciditur, quòd à quocunq; absens defendi potest: nec mirum, quia iura prædicta loquuntur, ubi quis uult plenè defendere, & suscipere in se telam iudiciariam: sed text. noster loquitur de illis tantummodò, qui allegant causas absentiæ, ad quas paßim etiam inhabiles admittuntur: ut hic dicit glos. magna ad finem.

Circa secundum responsum faciebat dubium: & ui-
11 debatur, † quòd ex quo in hisce causis remouetur omnis

procu

procurator, & defensor, qui plenè defendere uult: deberet etiam remoueri quilibet alius defensor: qui causam absentiæ adducere intendit, per regulam, quæ habet, quòd à quo remouetur genus, remouetur quælibet eius species: l. chorus. ff. de leg. iij. & l. j. ff. de suis & legiti. Contrarium hic deciditur: & rationi decidendi est, quia in allegante causas absentiæ, cessant rationes prohibitiuæ constitutionis procuratoris: de quibus plenè dixi in d. §. ad crimen.
12 *† Circa tertium responsum faciebat dubium: quia uidebatur, quòd etiam in hisce causis non capitalibus, ex quo per eas læditur hominis æstimatio: non deberet posse constitui procurator: arg. l. iusta. ff. de manu. uindic. & l. Iulianus. ff. si quis omis. causa testa. & l. si isti quidam. ff. quod metus cau. attento etiam, quia text. in l. j. in j. & ij. responso. ff. quando cau. app. per alium agi po. uidetur solùm uelle: quòd in causa pecuniaria procurator constitui possit: ut patet ibi, Si autem pecuniaria sit: & ibi, Sed si ea causa sit, ex qua solet sequi condemnatio usq; ad relegationem: intelligendo, quòd dictio, Vsque, stet inclusiuè: ut Bart. dicit j. col. ij. Sed ratio decidendi colligitur ex una ratione, quæ adducitur, quòd ideò in causis capitalibus procurator constitui nõ potest: quia sententia posset reddi elusoria: contra l. si Prætor. ff. de iudi.* 13 *† Sed iste intellectus communis non uidetur tutus per locum à sufficienti partium numeratione: nam intelligendo hunc tex. in princi. in allegante causas absentiæ: & eodem modo uersiculum, Nam & in capitalibus: nõ uideo quomodò possit intelligi text. in iij. respõso, in allegante causam causæ: quia illa dictio, Itaque, est continuatiua præcedentium:* 14 *† & ideò huic text. accomodatur secundus intellectus per Marti. Syllima, Iac. de Rauan. & Pet. de Bella perti. quos*

citat hic Barto. & hunc intellectum sequuntur Cyn. & Alber.in l.reos.C.de accu.Sed iste intellectus non recipitur communiter ex duplici capite: & primò, secundùm Bar.quia uerba text. huic intellectui refragari uidentur: quandoquidem allegare causas innocentiæ sit plenariè defendere:l.is qui reus.ff.de pub.iud.Sed tuendo hunc intellectum dici potest, quòd satis dicitur excusare innocentiam ille,qui excusat absentem à contumacia: quandoquidem contumax habeatur pro nocente,seu delinquente:iuxta l.omne delictum.in prin.de re mili.Secundò obijcitur huic intellectui:quia si iste ultimus uersiculus intelligeretur de allegante causas absentiæ,decideretur hic casus minùs dubius. Si enim quis admittitur in causis capitalibus, ad allegandum causas absentiæ:longè magis & minus dubiè debet admitti in causis non capitalibus: in quibus absens condemnari potest.Sed tuendo hunc intellectum, responderi potest:quòd uidebatur dicendum: quòd ex quo in hisce causis non capitalibus procurator constitui potest:quòd non deberet admitti quis ad allegandum causas
15 *absentiæ.† Tertius datur intellectus per Dyn. quòd iste text.intelligatur generaliter, in quibuscunque causis tam capitalibus, quàm non capitalibus, in quibus absens condemnari potest: ideò secundùm eum in terminis, l.lege Cornelia.§.constitutum.& l.ne diu.C.de pœ.& in extrauag.ad repri.ubi absens condemnari potest, admitti potest procurator,qui potest prodesse, & nocere domino: & cum isto intellectu transeunt nonnulli antiqui,quos citat Imol.in l.pen.§.ad crimen.col.ult.de pub.iud.& moder.Senenses,qui transcribunt dicta Imol.in c. ueniens. in xxviij.col.de accusa.Sed Bartol.non recipit hunc sensum, ut per eum in d.§.ad crimen.in ij.col. & in d. extrauag.*

ad

ad repri.in uerbo legitimè: cuius tamen fundamentis respondet Imol.in d.§.ad crimen.Sed dicam infrà in ult.not.

16 † Quartus intellectus accommodatur per Barto.hic, quòd iste text.non loquatur in procuratore,sed in defensore sine mandato:& in omni genere causarum de mundo: ut patet ibi, A quibuscunque defendi:q.d. non curo cum mandato,uel sine: & ut patet ibi, Quemuis uerba pro eo facientem:q.d.non curo an habeat mandatum, uel sit sine mandato:& an sit masculus,uel fœmina:quia admittitur ut excusator innocentiæ,qui potest prodesse ipsi accusato uel inquisito,& non nocere:& pro isto intellectu facit secundùm Bar.quia si iudex in causis, in quibus proceditur ad diffinitiuam etiam lite non contestata,tenetur ipse ex suo officio inquirere ueritatem: auten.qui semel ibi perquisita ueritate.C.quomodò & quando iud. Et idem est in causa appellationis,in qua non requiritur litis contestatio:l.ampliorem.C.de app.idem in casu isto. Et pro isto intellectu pondero istum tex.in uerbo, Aequum, & ordinarium est: quasi uelit dicere, quòd licet procurator in causis capitalibus non posit constitui: tamen æquum,& ordinarium est admittere quempiam excusantem absentem,qui condemnari potest:& hoc est quod uoluit dicere text.in l.reos.C.de accusa.dum dicit,leges publicorum iudiciorum,non solùm per defensorem:sed etiam per procuratorem defendi permittunt: ut tantum defendat,non autem ut noceat:attento maximè, quia etiam in criminalibus, ubi quis est præsens, ac confessus, & condemnatus:tenetur iudex ex officio inquirere ueritatem: l. j.§.si quis ultrò.ff.de quæstio.Ergo longè magis hoc dicendum uidetur in absente:l.si non defendatur: ff.de pœnis: & facit pulcher text.ubi uidetur esse casus ultra alios,in

l.fin.ff.ad l.Iuliam de annona: ubi licet mulier non admittatur ad accusandum: l.Iulia de annona. admittitur tamen ad instruendum præfectum annonæ: facit text. in l. amplius. quia puto ibi adire Prætorē, & indicare rē, prout se habet: ff. de fideicom. lib. & hunc intellectum sibi ascribit Salic. in l. reos. in xj. col. C. de accusa. & cum isto intellectu hic transit Paul. de Cast. qui dicit, quòd iste talis solùm admittitur ad excusandum, nec subijcit se sententiæ: & cum isto intellectu transit etiam Do. Ant. Rosel. in cōsil. xlvij. col. ij. inter consilia Cæpolæ. Sed huic intellectui contradicit Angel. hic: quia Bart. uidetur sentire, quòd non possit admitti quis ut procurator: & tamen in contrarium ob. iste text. ibi, Quemuis. & ibi, A quibuscunq; defendi. qui uidetur innuere, quòd etiam quis ut procurator possit admitti. Sed responderi potest: quòd Bart. etiam fatetur procuratorem debere admitti ad informandum ipsum iudicem de innocentia accusati, uel inquisiti. Sed replicari potest: quòd tunc non potest dici, quòd admittatur ut procurator: ex quo in se non suscipit telam iudiciariā: arg. c. super. de re iud. & l. si suspecta. ff. de inoffic. testa. Secundò mouetur Ang. nam procurator non potest interuenire ut tantum prodesse ualeat: ut Inno. tradit in c. constitutus. extrà, eod. tit. Sed ad hoc respondet Aret. in c. ueniens. de accusa. quòd licet non possit talis procurator constitui ab homine: tamē potest à lege admitti, ut possit prodesse, & non nocere: ut in simili de tutore tradit Bart. in l. tutor qui repertorium. ad fin. ff. de admi. tut. facit l. ij. C. de accusa. Tu considera. Aut pars aduersa non contradicit huic excusatori: & isto casu procedat opinio Bartol. Aut uerò contradicit: & tunc uidetur, quòd teneatur cauere: iuxta l. qui proprio. §. qui alium. & l. minor. ff. eod. tit. &

tit.& facit text.in l.ij.§.pen.ff.ex quibus cau.in poss. ea. ubi non debet admitti procurator, per quem conditio aduersarij efficiatur deterior:& hoc ultra alios. Est uerum,quòd intellectui Bart. multùm refragatur iste text. dum dicit,quemlibet admitti,& sic etiam procuratorem: facit regula l.si is qui ducenta.§.utrum.ff.de reb.dub. & sic uidetur,quòd si habeat mandatum quòd debeat admitti tanquam defensor: attento maximè,quia non uidetur, quòd poßit nocere domino: secundùm Imol. nisi habeat specialißimum mandatum. Sed dic, quòd non est inconueniens restringere istam dictionem, Quemuis:ut non cõprehendat procuratorem,cuius factum regulariter praeiudicat domino. Et si dicatur contra Bart.est casus in extrauagan.ad repri.ibi, Personaliter,uel legitimè nõ comparuerit:& non dixit,personaliter tantùm. Nam ad hunc text.respondet Bart.quòd dum dicit,legitimè,refertur ad uniuersitatem,quae in causa criminali per procuratorem comparere potest. Sed facilè fuisset Imperatori hoc,quod Bart.sentit,exprimere. Sed replicari potest, quòd non est inconueniens,quòd ex quo illud uerbum, Personaliter, nõ potest referri nisi ad singulares personas:quòd illud uerbum,legitimè,referatur ad uniuersitatem tantùm:attento maximè,quia text.in l.inter accusatorem.ff. de pub. iudi. uidetur innuere,quòd sit suscepta cognitio, quòd absens poßit condemnari,siue sit reus,siue actor:& tamen uult, quòd sola defensio detur. Et idem probatur in §.ad crimẽ. ad fin.ibi, Et si iustam rationem habeant, sententiam differant. Et ideò credo,quòd poßit etiam accommodari nouus intellectus ad hunc text. Et considerandum est: quòd licet in causis capitalibus,absens poena capitis damnari nõ poßit:ut dicit text.in l.absentem.in prin.de poenis:& in

uer. Verùm si quid grauius irrogandum fuisset: tamen absens qui citationi, & edictis Præsidum non obtemperat, condemnari oportet: dicit text. in d. l. absentem. Nec ista sunt contraria: quia solùm condemnatur ad pœnam, quæ æstimationem lædit. Dico ergo, quòd ubi absens potest condemnari, siue causa sit capitalis, siue non capitalis, siue ciuilis: dummodò non agatur de pœna capitis: potest interuenire quis & tanquam procurator, & tanquam instructor: & iste intellectus differt ab intellectu Dyni, qui uoluit, quòd etiam ubi absens potest condemnari pœna capitis, quòd poßit interuenire procurator: & in hisce terminis posset intelligi text. in l. reos. C. de accusa. Alius potest accommodari intellectus: & considerandum est, quòd per locum à ciuilibus ad criminalia arguitur, ut probatur in d. l. absentem. ibi, secundùm morem priuatorum iudiciorum. Sed in causis ciuilibus potest reus assumere in se onus probandi, ut demonstret actorem experiri sine actione: l. si pupilli. §. Iulianus. de neg. gest. Dico ergo, quòd quilibet debet admitti ad excusandam innocentiam rei, quòd accusator, uel inquisitor non habet ius accusandi, uel inquirendi: nec isto casu uidetur quòd iudex poßit dicere quòd uelit habere præsentiam accusati uel inquisiti, ut uideat qua fronte, & quo animo loquatur: attento quòd proceditur solùm ad exclusionem processus, & quasi per uiam extraordinariam: & hoc est, quod uult dicere text. in c. ueniens. de accusa. ubi uult, quòd admittatur procurator ad excludendum accusatorem, qui confessus fuerat se per calumniam accusasse: magis tamen placet præcedens intellectus.

17 † Datur alius intellectus ad hunc tex. per Ang. hîc in quadã sua repetitiõe: quẽ referunt quidam mod. in c. ueniẽs. de accus. & uult, ꝙ ubi reus est absens ex

iusta

iusta causa, q. tūc potest interuenire procurator ad plenā defensionē: quia publicè utile est, absentē à quibuscūq; defendi: ita loquitur tex. hic. Sed ubi quis est absens ex iniusta causa, & latitat: tūc nō potest interuenire procurator: ita loquitur tex. in §. ad crimē. In primo uerò casu loquitur etiā tex. in l. reos. C. de accu. Et si dicatur q. licet sit absens ex iusta causa, ex quo nō potest cōdēnari: uidetur, q. nō possit admitti procurator: † ex quo ex tali interuentu, nullus 18
potest sequi effectus. Replicari potest, quòd euitabit annotationem bonorum. Sed tu dic, quòd iste intellectus cōfunditur per text. in §. ad crimen. in fin. qui uult, quòd possit subesse iusta causa, quæ habeat euitare annotationem bonorum: & tamen generaliter dicit, quòd in crimine publico persequendo, non interuenit procurator.

† Notatur primò ex hoc text. ibi, Publicè utile est ab- 19
sentes à quibuscunq; defendi: quòd ex quo interest Reipublicæ ut absentes defendantur, nemo potest condemnari, secundùm Angel. nisi sibi detur terminus ad defensam: l. iij. & l. desertorem. §. si ad diem. ff. de re mil. & est text. cum glos. in l. j. ff. de fur. balne. & tradunt Bart. & Imol. in l. custodias. §. j. de pub. iud. & dicit Salic. in l. ij. de cust. reo. quòd practica totius mundi est, † ut sponte confessus 20
mittatur ad carceres, & aßignetur sibi terminus ad allegandum quicquid uelit, ne condemnetur: & si nullam faciat defensionem, intra terminum uidetur perseuerare in illa confeßione. † Dixit tamen singulariter Bald. in l. 21
à procedente. C. de dila. quòd ubi delictum est notorium, iudex potest denegare talem dilationem, ac interloqui, talem dilationem non esse dandam: & cum condemnare, & mittere ad furcas. Et secundùm Angel. hic, malè faciunt aßessores, qui faciunt inquisitum, uel accusatum

22 *confiteri delictum: † deinde præfigunt terminum octo dierum ad faciendum suas defensiones: deinde faciunt eos renunciare hisce defensionibus, quia non possunt: iuxta glos. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. ubi plenè not. facit l. non tantùm. de appel. ubi* Bartol. Ang. *Tamen de* Aret. *in trac. suo malefic. in uerbo,* Qui *iudex statuit terminum ad eorum defensionem: post* Ang. *in l. custodias. ff. de publi. iudic. distinguit, quòd aut constat reum nullam habere defensionem: ut quia fortè est insignis latro, & tunc potest renunciare, ex quo ius defendendi non habet: & nihil aliud fit, nisi quòd citiùs moritur.* Aut *uerò constat ipsum habere defensionem: & tunc non tenet renunciatio: & in hisce terminis potest intelligi text. in l. addictos.* C. *de app. & in l. non tantùm. eod. titu.* Ibi *enim constat eum habere defensiones, ex quo ducebatur ad patibulum infra tempora data ad appellandum.* In *dubio tamen, concludunt omnes, quòd quis possit renunciare suis defensionibus: per glos. in l. j. de furi. balne. quæ hoc mihi non probat: & uidetur magna restrictio ad glos. in l. pa-*
23 *ctum inter hæredem. quæ indistinctè dicit: † quòd quis non potest renunciare suis defensionibus.* Mihi *placet id quod dicit singulariter* Innoc. *in c. quoniam* Abbas. *de offi. deleg. quòd quis possit renunciare termino, non autem de-*
24 *fensioni.* † Notatur *secundò: ibi,* Nam *& in capitalibus: hic esse text. pro illa regula, quòd si de quo minus uidetur inesse & inest, ergo de quo magis: nam si in capitalibus causis defensio datur, longè magis debet dari in causis pecuniarijs: facit auten. multò magis.* C. *de sac. sanc. ec-*
25 *cle.* † Notatur *tertiò ex hoc text. ibi,* Defensio *datur: quòd ad allegandum causas absentiæ facti: utputa, quòd accusatus uel inquisitus est detẽtus in uinculis, admittitur*

non

non solùm procurator: sed etiam defensor quilibet, tam masculus, quàm fœmina, etiam sine aliqua satisdatione: ut patet ibi, à quibuscunq; defendi. Sed opponitur secundùm Albe. hîc: & uidetur, quòd illa dictio, A quibuscunque: debeat restringi ad personas habiles: l. j. de sac. sanc. eccle. & l. ut gradatim. §. j. de munerib. & hono. Sed ipse respondet, † quòd ad allegandum causam absentiæ: & ad 26
informandum ipsum iudicem de impedimento facti, quilibet indistinctè admittitur: sed difficultas consistit, secundùm Ang. post Inno. relatum per Bart. in §. ad crimen. an admittatur quilibet ad allegandum causas absentiæ iuris: utputa, quòd accusatus, uel inquisitus non potest uenire, quia locus non est tutus. Et distinguendum est, secundùm Ang. aut enim causæ iuris quæ allegantur, apparent ex actis: & sine dubio cùm sint notoriæ adduci possunt: quia iudex ex officio ad hoc adstringitur etiam parte non petente: ut glos. dicit in l. ubi pactum. de transac. Si uerò causæ absentiæ iuris non sint notoriæ, non admittitur excusator sine mandato: ut si uellet dicere, ut dixi, quòd locus non esset tutus accusato: uel, quòd iudex non esset competens ipsius accusati: uel, quòd esset excommunicatus. Et ratio huius conclusionis est, secundùm Ang. quia uerosimiliter potest quis ignorare, an accusatus uel inquisitus uelit uti hisce exceptionibus. Item ut Bar. dicit in §. ad crimen. esset poßibile, quòd impeditus impedimento loci non tuti non obstante hoc impedimento compareret: & ideo idetur, quòd ad has allegationes non debeat quispiam admitti sine mandato. Sed secundùm Imol. post Bald. in d. §. ad crimen. ista opinio Angel. hîc non est tuta. Primò, quia non est uerosimile, quòd absens uelit se exponere periculo, licet poßit: quia exponens se periculo, etiam inuitus defen-

di potest: l. non tantùm. de app. & ideò ubi aliquis allegat istam exceptionem loci non tuti, uel incompetentiæ iudicis: non uidetur quòd illam alleget contra uoluntatem absentis: quia ubi absens non comparet, præsumptio est quòd uelit istas exceptiones adduci posse, ne incidat in delictum contumaciæ: ergo satis præsumendum est, quòd non admittatur cōtra uolūtatē citati: arg. l. liberto. §. fi. de neg. gest. Et ideò idē Ange. in quadam sua disputatione, quæ incipit, Bononiensis quidam tenet, quòd imò quilibet excusator admittatur, etiam ad allegandum causas iuris, quæ non præiudicant ipsi accusato, uel inquisito: quia eas adducendo gerit negocium domini utiliter: iuxta l. qui utiliter. de nego. gest. quo casu aut dominus gesta per hunc excusatorem ratificabit: & tunc constabit de uoluntate domini. Aut uerò nō habebit ratum: & sic poterit quandocunq; renunciare huic exceptioni declinatoriæ oppositæ per excusatorem. Sed ista consideratio Angel. non uidetur uera: & considerandum est, quòd regulariter defensor sine mandato non admittitur: d. l. liberto. §. fina. & l. totius. ubi Bar. ff. eod. tit. & ubi admittitur, tenetur cauere de iudicato soluendo. Et ratio potißima huiusce conclusionis est: ne iudicium reddatur elusorium: quia interest eius, contra quem causæ absentiæ iuris allegantur, ut allegans habeat mandatum. Mihi tamen placet opinio contra Angel. hîc: primò per istum text. qui uult, quòd ubi absens potest condemnari, poßit quis innocentiam suam excusare: ergo longè magis debet quis admitti ad allegandum causas absentiæ iuris in causis capitalibus: quia nisi reus excusetur, confiscabuntur omnia eius bona post annum irreuocabiliter. Si ergo succurritur de æquitate absenti eo casu, quo potest condemnari, ut eius innocentia poßit excusari:

quo

quo casu sæpenumerò agitur de minori præiudicio, quàm sit confiscatio omnium bonorum: longè magis hic uidetur succurrendum. Et ista opinio secundùm Aret. probari uidetur in l. fi. circa med. ff. de requir. reis. ubi tex. dicit, quòd si reus non comparet intra annum post citationem, uel nõ habeat qui eum defendat in causa capitali, post annum confiscantur eius bona. Et si quispiã diceret: aduerte quia ille text. debet suppleri, quòd ueniat cum mandato: replicari potest, quòd si haberet mandatum, nõ uocaretur simpliciter defensor: cùm ergo ille text. non poßit intelligi de allegante causas causæ, seu innocentiæ: debet intelligi de quibuscunq; causis, tam iuris, quàm facti: & ita etiam intelligendus uidetur text. in §. ad crimen. in fin. & tex. noster hic. † Notatur quartò ex isto text. quòd ubi ab- 27
sens potest condemnari, ibi potest interuenire procurator. Et ideò secundùm Dy. relatum hic per Barto. & per Alber. col. x. ubi de iure communi in causa capitali, sententia potest ferri contra absentem, † ibi potest interuenire 28
procurator: & sic in casu l. ne diu. C. de pœ. & extrauag. ad repri. & in casu l. lege Cornelia. §. constitutum. ad l. Corne. in quibus absens damnari potest, poterit interuenire procurator. Idem est, si ex forma statuti, uel ex consuetudine, secundùm Dy. quis posset absens condemnari: habereturq; pro confesso & conuicto: & hãc opinionem amplectitur Imol. in d. §. ad crimen. qui dicit, quòd ita cõmuniter tenetur: & referunt mod. in c. ueniens. col. xxviij. de accu. † Sed contraria opinio, quæ uidetur crebrior, 29
secundùm Ias. in l. ij. qui testa. fa. pos. uidetur etiam uerior: quòd in causis capitalibus, ubi agitur de pœna, maiore relegatione: dato quòd absens poßit condemnari siue ex dispositione iuris cõmunis, siue ex forma statuti, aut consuetu

ſuetudinis, nullo modo poſsit interuenire procurator. Quæ quidem opinio probari uidetur lege, ratione, & authoritate. Et primo per text. in l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. ubi dicitur, quòd ſimpliciter ad crimen publici iudicij perſequendum, fruſtrà interuenit procurator. Sed huic tex. reſpōdetur, quòd licet ſimpliciter loquatur, debet tamen diſtingui, & declarari per alias leges. Sed replicari poteſt, quòd nullibi reperitur, quòd abſens in cauſa capitali de iure Digeſtorum, poſsit condemnari, niſi in caſu l. lege Cornelia. §. conſtitutum. qui text. uult, quòd ſerui qui ſpadonem interfecerunt, licet ultimo ſupplicio ſunt puniendi: abſentes tamen condemnari poſſunt: cùm ergo ille ſolus caſus reperiatur, non eſt ueroſimile quòd includatur in regula §. noſtri. Item poteſt dici ad illum text. dum dicit de abſentibus quoq;, tanquam lege Cornelia teneantur, pronunciandum eſt: ut ſit pronunciandum perinde, ac ſi eſſent præſentes uſq; ad relegationem: ut ibi ſentit gloſ. in ſecūdo intellectu. Vel poteſt dici, quòd ille tex. nō loquitur de abſentibus, ut ſint puniendi tanquam lege Cornelia teneantur: ſcilicet, pœna corporali: ſed ſola pœna confiſcationis bonorum: quia abſens non poteſt deportari: minùs eſt præſumendum quòd iſta regula trahatur ad l. ne diu. C. de pœn. quia non potuit Iureconſultus diuinare de illo text. minùs de extrauag. ad repri. in uerbo, legitimè. ut ibi Bart. dicit. Secundò obijcitur cōtra opinionem Dy. per Bart. text. in l. inter accuſatorem. de pub. iud. ubi inter accuſatorem, & accuſatum, etiam ſuſcepta cognitione: & ſic lite conteſtata excuſatio pro abſente iuſtis rationibus admittitur: qui tex. generaliter loquitur, & uult, quòd ſola excuſatio iuſtis rationibus admittatur: & tamen ille text. uidetur loqui, ubi abſens poteſt condemnari:

dum

dum dicit, Nec per triduum per singulos dies ter citatus condemnetur: ergo text. noster necessariò debet intelligi: & idem probari uidetur in d.l.pe. dum dicit, Sed excusationes absentium ex Senatusconsulto iudicibus allegantur: subdit text. Et si iustam rationem habeant, sententiam differunt: & pro ueritate: pro ista opinione cõtra Dy. uidetur esse casus de causis capitalibus in d.c. ueniens. & in c. super. de accusa. ubi quando agitur pœna depositionis ab ordine, non admittitur procurator: quia causa est criminalis. Sed ad istum text. respondet Imol. quòd pœna depositionis ab ordine de iure canonico, censetur pœna criminalis. Et ratio est secundùm mod. in d.c. ueniens. col. xxviij. in xiij. q. quia depositio ab ordinibus ecclesiasticis est magna pœna: quia quis non deponitur ab ordine, nisi ex grauißimo crimine: c. j. lxxxj. dist. Sed ob hoc non tollitur contrarium: quia illa sententia depositionis ab ordinibus sacris in absentem ferri potest: & tamen non potest interuenire procurator. Suadetur hæc opinio contra Dyn. secundùm Bart. in d. extrauag. ad repri. in uerbo, Legitimè: nam in causa appellationis etiam in criminalibus ferri potest sententia in absentem. l. fi. §. illud. de temp. app. & tamen in causa appellationis non potest interuenire procurator. Sed replicari potest secũdùm quosdã mod. in d.c. ueniẽs. quòd ille tex. loquitur, ubi in causa principali non poterat procedi contra absentem. Nimirum ergo si idem est in causa appellationis, quæ censetur eiusdem naturæ: sed si in causa principali potuisset procedi contra absentem, etiam causa appellationis posset per aliũ agi. Sed ille text. non patitur hunc sensum: quia solùm facit differentiam inter causam pecuniariam, & capitalem: & absolutè dicit, quòd causa capitalis per alium agi non potest: nec

distin

distinguit inter absentiam, & praesentiam: & latè dicam de intellectu illius l. infrà. Vltimò suadetur hæc opinio pulchra ratione: nam uidetur absurdum quòd in causa capitali admittatur procurator: qui non solùm potest prodesse, sed etiam nocere domino. Sed ad hoc respondet Imo. quòd per eius dictum non præiudicabitur domino, nisi habeat specialißimum mandatum: ut in simili dicitur in matrimonio, in quo requiritur mandatum indiuiduum: attento maximè, quòd factum procuratoris tendens ad delictum, domino non præiudicat: l. si procurator. de condi. inde. Et erit magis utile admittere procuratorem, licet possit in aliqua particula nocere, quàm relinquere ipsum absentem indefensum: & maximè, ubi iudex est omnino processurus contra absentem: arg. text. in l. non solùm. in fin. ff. de procura. ubi quando iudex deliberat omnino procedere contra absentem, admittitur quis sine mandato ad remouendam causam suspecti tutoris. Sed replicari potest, quòd si ista ratio esset uera, deberet etiam admitti in causis capitalibus: in quibus absens condemnari non potest: quia melius esset eum defendere, licet in aliqua parte poßit nocere, quàm eum indefensum relinquere. Item ut dicit Bar. melius est q, quilibet admittatur, qui poßit tantùm prodesse, non autem nocere. Est uerum, quòd pro opinione Dyn. multum stringit text. in d. extrauag. ad repri. dum dicit, personaliter, uel legitimè: cui tex. non satisfacit: solutio Bart. secundùm Imo. dicentis, quòd ille dicitur cōparere, qui personaliter comparet, si est singularis persona: uel per procuratorem, si est uniuersitas: quia illa uerba, Personaliter uel legitimè: uidētur pariformiter, referri, tam ad singulares personas, quàm ad uniuersitatem. Sed replicari potest, quòd ex quo illa uerba, Personaliter non

possunt

*possunt referri ad corpus, collegium, uel ad uniuersitatẽ,
necessariò sunt referenda ad personas singulares: cùm uer-
bum, Legitimè, ad collegium, uel uniuersitatem, ut* Bart.
*sentit, propriè referri poßit: quia regula l. iam hoc iure.
de uulg. & pup. procedit, ubi fieri potest pariformis de-
terminatio: cogita.* † No*tatur ultimò ex hoc text. ibi,* 30
*Aequum & ordinarium est admittere: hîc esse text. quòd
iudex non potest dicere procuratori, quòd uult quòd prin
cipalis personaliter compareat, quia melius nouerit ueri-
tatem: quia quòd quis posset comparere per procurato-
rem; est ordinarium & æquum. Contrarium tamen tenet*
Bar. *hîc, reprobata opinione* Iac. But. *qui uolebat, quòd si
procurator haberet specificum mandatum ad sic respon-
dendum, quòd iudex non posset desiderare, quòd princi-
palis compareat.* Nam *contra* Iac. *stringit iste tex. qui uult
quòd sit æquum, & ordinarium admittere procuratorem:
huic ergo æquitati, & iuris ordini non potest iudex dero-
gare. Sed, ut suprà dixi,* Bart. *hîc, & in l. fin. C. de procur.
& in l. ij. §. defendi. ex quib. cau. in pos. ea. tenet quòd imò
poßit cogi principalis ad respõdendum: quia ob eius præ
sentiam ueritas magis percipi poterit: quæ per tremorẽ,
ruborem, pallorem, & similia percipi solet. Sed secundùm*
Bald. *distinguendum uidetur inter iudicium criminale &
ciuile: nam in iudicio criminali, in quo torturæ locus esse
potest, potest cogi principalis comparere: & in hisce ter-
minis loquitur text. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæ-
sti. Sed ubi non esset locus torturæ, ex quo procurator ha-
bet specificum mandatum, dominus uidetur loqui per or-
ganum procuratoris: l. qui autem. in fin. ff. de consti. pecu.
siue causa sit ciuilis, siue criminalis: ita dicit* Bald. *hîc: &
ista opinio fuit de mente* Bart. *licet* Bald. *non dicat in l.*

qui

qui bona.§.qui alieno.in ult.col.ubi facit differentiam inter iudicium criminale & ciuile:& uult quòd in criminali teneatur comparere personaliter: quia ex aspectu, uoce, colore, & trepidatione poterit iudex meliùs se informare ab ipso principali: & opinio Bartol. in d.§. qui alieno.recipitur communiter, secundùm Alex. & mod. in l.fi.C.de procur.& probari uidetur ex illo text. ubi unicuiq; permittitur per procuratorem respondere, nisi subsistente iusta causa: & tradit Raph.Fulg.in consi.ccxliiij. Mihi placet distinctio, quam sentit Bal.hîc: quòd siue causa sit ciuilis, siue criminalis, dummodò non agatur de tortura, non poßit cogi principalis comparere per hunc tex. qui generaliter loquitur: & per text. in d.l.fin. nisi subesset iusta causa: utputa, quia procurator esset infamis uel
31 rixosus, ut moder.tradunt in d. l. fin. † Circa glos. in uerbo, Publicè, colligitur conclusio, quòd intereſt Reipublicæ quamplurimos ad defendendam suam causam admitti. Sed tu aduerte: quia iura allegata in glos. non probant hoc: nam tex.in l.in prouinciali.§.fin.cum l.seq.bene probat, quòd si ædificetur in publico, quòd omnes ciues nunciare poſſunt: quia intereſt Reipublicæ quamplurimos ad suam causam admitti. Sed text.noster non loquitur de intereſſe publico principaliter, sed ipsius absentis: sicut etiã loquitur text.in l.exigendi.C.de procur.item text.in l.j.in fin.ff.quod cuiusq; uniuer.loquitur de defensore, qui tenetur satisdare de rato, uel de iudicato soluendo: iuxta l.qui proprio.§.qui alium.& l.minor.ff.eod.sed text.noster loquitur de defensore allegante causas absentiæ, qui non tenetur ad aliquam satisdationem: ut est glos.sing.in l.in eo. §.nemo.de reg.iur.sed alij defensores tenentur satisdare: dato quòd sint locupletißimi: d.l.minor. Sed tu considera:
quia

quia gl.in d.l.in eo.§.nemo.loquitur in allegāte causas absentiæ,in causa criminali.ubi agitur de utili pub.ut Bar.dicit in l.ubi pactum.col.pe.de transf.ideò uide Dec.omnino in d.l.in eo.§.nemo.ff.de reg.iu.& dic,q̄ interest Reipublicæ hic secūdariò:principaliter tamē interest ipsius absentis à quocunq; defendi: aliâs si principaliter interest Reipublicæ,ut hic sentit Ange.posset procurator inuitus constitui:& tamen nō potest,l.filiusfamiliâs.§.inuitus.suprà eo.& l.inuitus.C.eo.& ideò officiū procuratoris est priuatum authoritate,& utilitate:licet secùs sit in officio tutoris,& curatoris,quod est publicū authoritate,& utilitate priuatū:l.si quis Magistratus.ff.de mun.& hon.& insti.de excu.tut.Nec est incōueniens,q̄ principaliter intersit priuatorum,principaliter à quibuscūq; defendi:& secūdariò Reipublicæ:sicut in simili dicitur quòd interest principaliter,ne quis re sua malè utatur:secundariò Reipublicæ:ut ita onera Reipublicæ subire poßit:§.pe.instit. de his qui sunt sui,uel alie.iur.& in §.eos.in auten.ut iud. sine quoquo suffr.sic etiā principaliter interest mulierū, dotes earū conseruari:secundariò Reipublicæ:l.j.& ij.de iur.dot.& l.j.sol.mat. Gl.in uerbo,Datur,potest diuidi in quinq; partes principales.In prima parte opp.cōtra tex.In secunda distinguendo tria genera causarum opp.resoluit,& contra primum genus opponit tribus modis.In tertia diuidit ipsum tex.In quarta format unā quæstionē. In quinta intelligit hunc tex. quādo quis potest plenè defendere:sed tantùm uult allegare causas absentiæ. Secunda ibi,Sed ut tollas.Tertia ibi,Et secundùm hoc.Quarta ibi, Sed in quem sententia dabitur.Quinta,& ultima ibi, Vel si uis dicas. † Ex hac gl.colligitur.Prima conclusio : q̄ 32 in causis capitalibus regulariter non potest cōstitui procurator:l.pe.§.ad crimen.de pub.iud.qui tex.licet loqua-

m tur

tur in publico iudi.capitali: tamen habet locũ etiã in iudicio capitali priuato: ut probatur in l.j. an per alium cau. app. ubi nõ distinguitur crimen publicũ à priuato: sed solùm qualitas pœnæ: & uidetur esse casus, secũdùm Imol. in d.§. ad crimen. col.ij. in l. unica. C. ut omnes iud. tam ciui. quàm mili. in uer. Quòd si intra quinquaginta dierum numerum. nam in prin. illius l. fit mẽtio de furto, ut patet ibi, Super furtis, aut criminalibus querimoniam cõmouendi: & tamen in uer. Accusationem, dicit, accusationem uerò super criminibus factam debet ipse Officialis per se prosequi. Sed respõderi potest, disputatiuè tamẽ: quia propriè inscriptio ad pœnam talionis habet locũ in criminibus publicis, in quibus est determinata pœna, & in quibus cadit propriè similitudo supplicij: l. si cui. ff. de acc. & l. fi. C. eo. tit. & ita tradit Alb. in l. in priuatis. ff. ad Turp. Et si dicatur, q; etiam in priuatis delictis habet locũ, & maximè in furto: ut probari uidetur in l. fi. ff. de fur. dico q; ille tex. respondet huic difficultati, dum dicit, q; non fit inscriptio quasi in publicum iudi. sed ut temeritas gentium extraordinaria pœna coërceatur: & ideò ibi non cadit propriè pœna talionis, idem probatur, secũdùm Imol. in l. iij. C. ubi Senat. uel clariss. ibi, Omne crimen publicum, priuatum'ue: cui tamen non per procuratorem responderi liceat. Sed ad illum tex. potest respõderi. q; non infertur ex hoc, q; regulariter in priuatis delictis nõ possit constitui procurator: & ideò Ang. relatus per Imol. in d.§. ad crimẽ. col.ij. uult, q; in crimine publici iudicij, etiam quando pro crimine est imponenda pœna pecuniaria: siue sententia possit ferri in absentem, siue non, non possit constitui procurator. Primò per illum text. qui loquitur indistinctè, & ideò ipse intelligit text. nostrum in crimine capitali priuato, ut in illo possit interuenire procurator, ut sententia possit ferri in

absen

absentem: & ideò, secundùm eum, in crimine publico, siue possit ferri in absentem, siue non (ut probat text. in d. §. ad crimen.) non potest constitui procurator. Item secundùm eum, in crimine priuato bene fit distinctio, an sit imponenda pœna maior relegatione, & non possit procurator constitui: an uerò minor, & possit: sed in crimine publico siue agatur de pœna capitali, siue de alia pœna relegationis, uel minoris, uel etiam de pœna pecuniaria, prout agitur in plerisq; delictis publicis: ut instit. de pub. iud. §. fin. & in l. j. ad l. Iul. de annona: & de residuis non potest constitui: & pro opinione Ang. pondero tres text. ultra alios. Primò text. in l. de fide. C. ad l. Corn. de fals. qui text. propriè loquitur in criminibus publicis: habent enim huiuscemodi crimina nescio quid specialitatis: patet in l. qui crimen publicum. qui accu. non po. ubi propriè pœna talionis fuit introducta pro crimine publ. & probatur in d. l. fin. de fur. & ideò non permittitur mulieri accusare de crimine pub. l. de crimine. C. qui accusa. non pos. & ideò damnatus de crimine publ. non potest amplius accusare: l. qui publico iudicio. ff. de pub. iud. & ex delicto pub. damnatus etiam efficitur infamis: non sic est in omnibus priuatis delictis: l. infamen. ff. de pub. iud. & ideò non dicitur publicum iudicium, nisi expressè à lege cautum sit: l. iij. ff. de præua. & pœna Turpilliani: de qua ibi, in §. fin. solùm habet locum in publicis iudicijs. Ego tamen credo quod opinio Angel. ita confirmata, non sit uera per text. in l. tunc conuenit. C. de accu. & l. ij. C. qui accusa. non pos. qui propriè uult, quod in ea causa non sit admittẽdus procurator, ubi est necessaria subscriptio in crimen: secus est, ubi agitur de causa pecuniaria: facit tex. in l. ij. C. qui accu. nõ pos. Sed hic esset indaganda ratio, quare primò ex parte accusatoris non possit constitui procurator: & dicit hic Albe.

col.vij.post Bar.in §.ad crimē.q. ex parte accusatoris est: quia si nō probat, punitur similitudine supplicij: d.l.si cui. de accu.& l.fi.eo.tit.& ideò debent detineri in pari custodia: l.ij. de cust.reo. sed ex quo hodiè non seruatur de consuetudine, esset uidendum, an correcta ratione legis, censeatur correcta lex: de quo plenè dixi in d.§.ad crimen. Illa semper mihi uisa fuit uera ratio, tam ex parte actoris, quàm ex parte rei: quā aßignat Iureconsultus in l.j.de requi.re.qui dicit, q. ratio nō patitur, q. absens in audita dānetur: & ideò l.uult, q. non admittatur procurator, ut iudex accuratiùs poßit indagare ueritatē criminis, inspiciendo accusatorē, & reum in faciem: ac uidendo, quo colore, quo tremore, & pallore loquatur: ut hîc dicit Bal.col.pe. Et hæc ratio, ut dixi, probatur in d.l.j. Sed ista ratio nō militat ex parte accusatoris: quia ampliùs non punitur pœna talionis: sed potest dici, quòd l.quātum potest, uidetur restringere facultatem accusandi: l.si cui.de accu.& l.fi. ibi, Ne innocētiam feriamus: & ideò uult, q. ipsemet accuset, nō autē per procuratorē: & ideò in accusatore desistente habet locum pœna, de qua in l.iij.de præuar.de quo tamē plene scripsi in d.§.ad crimen.ubi ultra alios posui xxx. ampliationes ad hanc regulam: & fortè etiam xxx.limitationes: gl.tamen hîc ponit tres. Prima est, ut non procedat in casu l.Lucius.ff.de app.ubi pro seruo cōdēnato in causa capitali, potest dominus appellare: & causam appellationis prosequi. Et ratio est ut dicit gl.quia cōparet pro suo interesse proprio. Sed ista solutio nō uidetur tuta, per tex. in l.si non defendatur.ff.de pœn.& in l.ij.ff.de exhib.reis: & ideò gl.in l.si seruus.de stat.homi dicit, q. dominus potest bene ministrare probationes ipsi seruo, eū defendendo: sed iudicium est agitandum cū ipso seruo: & pro ista solutione facit tex.in l.ij.C.de accu.ibi, Vt poßit pro eo cōpetentes

tentes allegationes afferre. Sed finis distinguitur secũdùm principium illius l. ut ibi declarat Sali. uerè tamẽ uidetur, ꝙ pro seruo, si dominus citatus pro suo interesse nõ uult eũ defendere, sed relinquere fortunã iudicio: poterit uel à seipso defendi, uel à quocunq;: d. l. si nõ defendatur. & l. serui. ff. de app. & ideò Imo. in d. l. Lucius. dicit, ꝙ ideò ab alio potest defendi seruus: quia debet dicere causam in uinculis: d. l. ij. de cust. re. Sed ista solutio Imo. non uidetur tuta: quia in casu l. j. quando cau. app. uult, ꝙ in causa capitali non poßit constitui procurator ad prosequendã appellationem: & tamen est necesse fateri, quòd ex quo fuit condẽnatus in causa principali, ꝙ erat præsens: aliter in ipsum non potuisset ferri sententia: d. l. absentem. de pœ. Imol. dicit, ꝙ ibi arripuit fugã: tu dic breuiter, ꝙ ex quo seruus regulariter nõ potest esse in iudicio ciuili, nec criminali: si nõ defendatur à domino, potest seipsum defendere: & si seipsum non defendat, potest ab alio defendi. Istã tamen secundam solutionẽ ꝙ in casu l. Lucius. poßit interuenire procurator, quia erat incarceratus, uoluit Bar. in d. l. ij. Sed nõ placet Bal. hìc, in ij. col. quia semper in causa capitali, dicit Bal. quis debet detineri: d. l. ij. de cust. reo. & tamen in d. l. j. an per aliũ cau. app. dicitur, ꝙ nõ admittitur procurator: & ideò infert hìc Bal. retenta solutione gl. ꝙ stãte statuto, ꝙ pater teneatur soluere cõdemnationẽ filij: ꝙ statutũ ualet, licet sit iniquum: ꝙ pater pro suo interesse poterit interuenire pro filio in causa criminali: & idem dicũt Ang. & Imo. in d. l. Lucius. † Secunda colligitur cõclusio ex hac gl. ꝙ ubi ex crimine pub. uel priuato uenit imponẽda pœna relegationis, uel remotionis ab ordine, potest interuenire procurator. Ratio est: quia absens relegari potest: ergo & in tali causa procurator constitui. Et hæc est cõmunis Doct. opi. & probatur etiam in l. j. ff. an per alium 33

cau.app.ubi dicitur, Sin autem causa sit nõ pecuniaria, sed capitalis: non potest per procuratorem agi: nam ibi appellatione pœnæ capitalis, secundùm Bar. hîc, intelligitur de pœna capitali strictè sumpta: uer. uerò. sed in ea loquitur de pœna damnationis in metallum, & deportationis usq; ad relegationem, excludendo ipsam relegationem: & dato millies, q. principium illius tex. intelligeretur de pœna capitali largè, secundùm Ryc. & Bartholo. de Sali. ille text. posset intelligi de alijs pœnis, quæ sunt mediæ inter pœnas capitales, & relegationem: sicut pœna fustiũ, & flagellorum, & damnatio in opus publicũ ad tempus: de quibus in l. capitalium. ff. de poe. Sed replicari potest, q. illæ pœnæ in d. l. capitalium. secundùm ordinẽ literæ postponuntur ipsi relegationi. ut patet ibi, Veluti relegatio ad tempus, uel in perpetuum: ergo pœna relegationis uidetur reputari maior: & ideò uidetur uerior intellectus Bar. q. ibi illa dictio, Vsq;, stet inclusiuè: quia hæc est eius propria natura, secũdùm Bar. in l. Sempronium. §. patrono. col. ult. de leg. iij. & nisi staret inclusiuè in illo tex. sequeretur, q. casus relegationis non tam clarè decideretur: sicut casus ubi agitur de pœna capitali, uel agitur ad pœnã pecuniariã pro crimine: & tamẽ poterat magis dubitari de causa relegationis, quàm de alijs causis: quia de capitalibus erat apertè decisum: eodẽ modo de causis pecu. ut in hoc tex. in prim. Ergo est necesse dicere: q. dictio, Vsq;, stet inclusiuè, prout est sua propria natura. Suadetur hæc opinio secundùm Bart. quia pro iniuria imponi potest pœna relegatiõis: l. fi. ff. de iniu. iũcta l. fi. C. eo. ti. Sed ad hũc tex. dãtur plures solutiones, quas retuli in d. §. ad crimen. de pub. iud. Mihi placet illa solutio, quã tradit Cy. in d. l. fi. C. de iniu. q. licet regulariter, ubi agitur de imponẽdo pœnã relegatiõis ex crimine pub. uel priuato, posßit cõstitui procurator: non potest

tamen